Libanius qua ratione Platonis operibus usus sit.

Breslau

Eberhardus Richtsteig.

Libanius qua ratione Platonis operibus usus sit.

Dissertatio inauguralis philologica,

quam, postquam praemio ornata est,
consensu et auctoritate amplissimi philosophorum
ordinis ad summos in philosophia honores
in Universitate Friderica Guilelma Silesiaca
rite impetrandos edidit

Eberhardus Richtsteig
Silesius.

Die I mensis Februarii anni MCMXVIII
hora XII et dimidia
in aula minore idem disseret
De Herodoti historiarum temporibus.

Lignitziae
Typis Officinae Caroli Seyffarth
MCMXVIII

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
Richardus Foerster.

Examen rigorosum habitum est die XVIII
mensis Iulii anni MCMXVII.

Richardo Foerster
sacrum

Dispositio rerum.

Pars III

Conclusio

Praefatio.

Scriptores veteres summam vim dictioni formandae studioque eorum qui antecesserant operum tribuerunt[1]. Priores imitari ut solebant inde ab Hesiodo, qui Homeri elocutionem interdum sequitur, ita maxime haec *μίμησις τῶν ἀρχαίων* apud rhetores inde a secundo fere p. Chr. n. saeculo florebat. Tum[2] enim sophistae qui vocabantur rhetoresque perscrutati illorum opera, quaecumque ad orationem ipsorum exornandam pertinere videbantur, sententias dico et res et elocutionis exempla, ex illis deprompserunt suumque in usum verterunt[3].

§ 1. De saeculi p. Chr. n. IV studiis Platonicis.

Sic Platonis philosophi[4] opera, quae iam prius propter sententiarum ubertatem pulcherrimamque dictionem, quae poetarum haud raro similis est[5], in oblivionem nunquam venerant, illis temporibus et praecipue saeculo p. Chr. n. quarto magis quam unquam lectitata sunt[6]. Tum enim philosophi Neoplatonici qui dicebantur studium eius coluerunt, tum Timaeus, Hermias, alii commentarios operum Platonis conscripserunt[7], tum Themistius[8], Iulianus imperator[9],

---

1) Haec explicat Nordenus, Ant. Kunstpr. I² 1909 introd. et p. 351 sqq. 2) De archaismo illorum auctorum hoc modo orto disputant Nordenus p. 402 sqq, Wilamowitzius, Herm. 35, 1900, p. 1—52, Nordenus in Addendis² p. 7 sqq. Quid Libanius ipse de hac re iudicaverit, cognoscitur e loco or. 35 (tom. 3 p. 219, 16 sq F.): *μὴ νόμιζε αἰσχύνην ὀφλήσειν, ἣν ὀφθῇς ἐκ βιβλίου τι λαμβάνων*. 3) Nec aliter rem se habuisse apud auctores Latinos edocet Krollius in Teuffelii hist. litt. Lat. III⁶ 1913 p. 212. 4) Non novit Libanius Platonis poetae epigr. 10 (Anth. Pal. VII 259), sed rem or. 59 (t. 4, 251,16) narratam ex Her. 6, 101. 119 hausit. 5) De Platonis dictione v. quid censuerint Aristot. ap. Diog. Laert. 3, 37: *τὴν τῶν λόγων ἰδέαν αὐτοῦ μεταξὺ ποιήματος εἶναι καὶ πεζοῦ λόγου* et Quint. inst. X 1,81. Nec aliter iudicant Monnerius, Histoire de Libanius, Paris 1866 p. 16, Io. Malchin, De Choricii Gazaei vet. Graec. script. studiis, Kil. 1884 p. 7, Blassius, Att. Beredsamk. II² 1892 p. 456. 6) Id monet Krollius, Berl. philol. Woch. 1902 p. 845. 847. 7) Cf. Schmidium in Christii hist. litt. Gr. I⁶ p. 716. 8) W. Pohlschmidt, Quaestiones Themistianae, Monast. 1908 cap. I: De Themistio Platonis imitatore (p. 5—48). 9) Locos, quos Hertleinius in edit. 1875/6 ut e Platone depromptos significavit, congerit Guil. Schwarz (Iulianstudien), Philol. 51, 1892, 623. [Platonem praetermisit Brambsius, Stud. z. d. Werken Iulians d. Apostaten, I. II, Progr. Eichstaedt 1897 sq.] Plura praebet W. S. France, The emperor Iulian's relation to the New Sophistic and Neo Platonism: with a study of his style, Chicago 1896.

Himerius[1] dictionem sententiasque Platonis suas fecerunt, tum Basilius[2], Gregorii Nazianzenus[3] Nyssenusque[4] doctrinam, sententias, dictionem eius sibi adoptaverunt multosque denique homines alios illis temporibus studia Platonica coluisse e Libanii epistulis ad eos scriptis colligere licet[5].

§ 2. Libanius quanti aestimaverit Platonem eiusque philosophiam.

Ita Libanius quoque rhetor ille Antiochenus, qui etiam scriptores ceteros poetasque Graecos inde ab Homero usque ad Aelium Aristidem summa cum industria, neque vero pari omnes modo, imitabatur[6], Platonem suum fecit. Quem quanti aestimaverit et graecitatis classicae principem et philosophum, e locis iis, quibus Plato nominatur[7], satis elucet. Nam cum Demosthene, *παρ᾽ οὗ γέγονεν ἡμῖν τὸ δύνασθαι λέγειν* (laud. 5, tom. 8, 251, 9 sq), Libanius, qui propter studia Demosthenica ipse *(ὁ μικρὸς) Δημοσθένης* vocatus est[8], uno tenore Platonem coniungit or. 18 (t. 2, 248, 16 sq), or. 2 (t. 1, 246, 23), quo de loco sub finem dissertationis disputabo, ep. 1078, in qua hominem litterarum amantem Platonem et Demosthenem memoria semper tenere affirmat[9]. Cum Isocrate, Sophocle, aliis auctoribus componit Platonem or. 4 (t. 1, 288, 6 sqq); Demostheni et Homero aggregatur Plato ep. 828. His igitur locis cum poetis vel oratoribus eum Libanius componit.

Aliter atque Iulianus, qui inter singulos philosophos Heraclitum, Empedoclem, Prodicum sophistam, alios nominat, Libanius praeter

---

[1]) Nonnulla affert C. Teuber, Quaest. Himerianae, Vrat. 1882 p. 44 sqq. [2]) De eo disserit Theod. L. Shear, The influence of Plato on Saint Basil, Baltim. 1906. [Nihil praebet I. Trunk, De Basilio Magno sermonis Attici imitatore, Progr. Ehing. 1911.] [3]) P. Stoppel, Quaest. de Gregorio Naz., Rostoch. 1881 p. 18 paucos tantum locos affert, multo plures R. Gottwald, De Gregorio Nazianzeno Platonico, Vrat. 1906. [4]) C. Gronau, De Basilio, Gregorio Nazianzeno Nyssenoque Platonis imitatoribus, Gotting. 1908. Jaeger, Nemesios von Emesa, 1914 p. 113. 116. [5]) Vid. part. II cap. 2 D 4. [6]) Id exponit Foerster, mus. Rhen. 32, 1877, p. 86 sqq et in praef. edit. vol. I p. 74. [7]) Quos collegit Foerster, Francesco Zambeccari u. d. Briefe des Lib., 1877, p. 212 ann. 4; paucos praebet Schmidius l. l. II[5] 2,807 ann. 8 et 808 ann. 1, qui per errorem ep. 1205, quae Iuliani est (= Iul. ep. 54 Hertl., ut observavit Foerster, annal. phil. 113 p. 502), Libanio tribuit. [8]) Testimonia contulit Foerster in proleg. vol. I p. 74 cum ann. 2 et 3. [9]) Ep. 1597, in qua Plato et Demosthenes nominantur, a Libanio conscripta non est, ut statuunt cum alii tum Laubius, De litterarum Libanii et Basilii commercio, Vrat. 1913, p. 48 sq, Pasqualius, Berl. phil. Woch. 1914, 1517 sq, Foerster.

Platonem solos Aristotelem et Pythagoram, id quod e more illorum temporum et philosophorum Neoplatonicorum fuit[1], rarissime philosophos alios vocat. Etenim una cum Pythagora Platonem nominat or. 14 (t. 2, 109, 15) et or. 16 (t. 2, 178, 17 sq). His addit Solonem ep. 1050, Socratem or. 15 (t. 2, 130, 2 sqq), Aristotelem et Iamblichum ep. 1072, quos Musis carissimos esse dicit. Plato autem et Aristoteles coniunguntur ep. 866[2].

Nec minus, quanti Libanius philosophiam Platonis aestimaverit, perspicitur ex or. 13 (t. 2, 67, 12 sqq) et ep. 1111, cum de Iuliano philosopho[3] dicit: *ἔχων δέ τι καὶ περὶ Πλάτωνος καὶ τῶν (τοῦ* Wolfius) *κατ' οὐρανὸν λέγειν* et ep. 558[4]. Ut denique philosophiae Platonicae studium civibus suis commendat or. 16 (t. 2, 178, 17) et ep. 866 (cf. ep. 1241) magnique eam se aestimare profitetur ep. 606, ita in vita ipse gerenda adhibuit: pulcherrimum eius in Platonem amoris documentum est locus ille[5] or. 1 (t. 1, 148, 7—11), quo manus se sibi Iuliano deditissimo mortuo illaturum fuisse confitetur, nisi Platonis praecepto in *Phaedone (p. 67 D) dato impeditus esset.

§ 3. Qui viri docti huic quaestioni solvendae adhuc operam dederint.

Omnibus ex his locis quamquam, quanti Libanius aestimaverit Platonem, elucet, pauci adhuc quaesiverunt[6], quatenus ex operibus ipsius haec studia cognosci possent. Nihil valent scholiorum loci, quibus alterius utrius mentio fit, quia non alterum auctorem ex altero hausisse statuitur. Sic in Plat. Leg. 10 p. 899 D annotat schol., quod Ruhnkenianum dicitur, ad Platonis verba locum Libanii quendam. Idem schol. extat ad Lucian. de histor. conscr. p. 229,29

---

1) Cf. Schmidium l. 1 p. 808 ann. 1. Plura apud Krollium, mus. Rhen. 71, 1917, 309 sqq. 2) Ep. 1600, in qua Homerus et Plato et Aristoteles et Susario nominantur, Libanio abroganda est; cf. Laubium p. 50 et Pasqualium l. l. p. 1518 ann. 1. 3) Ut observavit Seeckius, Die Briefe des Lib., zeitlich geordnet (Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit. ed. Gebhardt-Harnack, N. F. 15 1906) p. 191. 4) Minus huc spectant ep. 581, 670, 1239, quas affert Foerster, Franc. Z. l. l. 5) Ad h. l. v. Sieversium, Das Leben des Libanius, 1868 p. 128. Or. 17 (t. 2, 221, 16), quo loco Iuliani mors narratur, huius Platonis praecepti mentio nondum fit. 6) Ad verba *πρᾶγμα δυσγρίπιστον* epist. 1592, quae una cum subsequenti a Laubio p. 44 sq iure Libanio abrogatur, affertur auctor ep. 1593: *ἡ λέξις, ἣν ἐκ τῶν Πλάτωνος ἀδύτων ἡ σοφιστική σου ἡμῖν προεχειρίσατο.* Neutrum autem vocabulum legitur apud Platonem. Fusius de hac epistula disserit F. Chr. Schlosser, Universitäten . . zu Julians Zeiten, Arch. f. Gesch. u. Lit. 1, 1830, p. 244 sq. Ut genuinum hunc locum citat Shearius p. 38.

ed. Rabe[1] et ap. Phot. et Suid. s. v. *ἥκιστα.* Fluxisse videtur e lexico quodam similiter atque in codice Barber. II 41 (saec. XV) ad Libanii or. 2 (t. 1, 243, 14) manus altera (B[2]) adscripsit locum Thomae Magistri p. 151,4: *ἕνεκα καὶ εἵνεκα Πλάτων.* Eodem modo intellegenda sunt verba, quae codicis Vindob. (saec. XIII) manus prima (V) ad or. 13 (t. 2, 72, 7) (sc. Theaet. p. 179 D) annotavit. In eodem codice manus altera (V[2]) ad or. 24 (t. 2, 526, 10) annotat: *μάλιστα παρὰ Πλάτωνι*[2] et ad or. 34 (t. 3, 192, 20): *τοῦτο παρὰ Πλάτωνι συχνόν* (cf. Apol. 20 A. Prot. 311 B sq. saep.).

In ep. 494a Libanius verbis: *εἰ γὰρ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ τὴν μητέρα ἀγνοῶ* alludit ad Phaedri p. 228 A. Quod in cod. Mediceo et Benzeł. A post *ἀγνοῶ* legitur *Πλάτωνος,* e margine exemplaris perperam a librario quodam in contextum receptum esse Wolfius recte suspicatus est. Auctor igitur illius codicum familiae ad hunc sibi locum in margine exemplaris annotaverat Platonis loci Libanium memorem fuisse.

E Libanii editoribus Morellus[3] nonnullos locos ut e Platone depromptos indicavit paucosque Reiskius sospitator ille Libanii addidit[4]. Pluribus epistularum locis ad Platonem relegat Wolfius[5]. E Platonis editorum numero Forster[6] duobus locis Apologiae Libanii meminit; perpaucis Astius et Stallbaumius eum commemorant, nullo Schanzius, qui Themistii et Iuliani operum nonnunquam mentionem facit. Postquam Petersenus[7] quaestionem, de qua disputaturus sum, obiter tetigit, plura attulerunt Maur. Schmidt[8], qui saepe Platonis meminit, Petitus[9], Monnerius, Sieversius. Post eos complures viri doctissimi ad Libanii textum constituendum et explicandum locos ut e ceteris auctoribus ita e Platone attulerunt[10]. Multo plures locos quam Reiskius Foerster in editione, cuius adhuc volumina octo in lucem prodierunt, ut e Platone repetitos annotavit[11]. Huc accedunt huius edit. recensiones ab Herwerdeno[12],

---

1) R. Winter, De Luciani scholiis, Lips. 1908 p. 18. Omittit hunc locum C. Helm De Luciani scholiorum fontibus, Marpurg. 1908. 2) Idem schol. extat in cod. Vatic. 82. 3) Libanii praeludia oratt. decl. etc. 1606, 1627. 4) In Animadvers. tom. V, Lips. 1766 et in notis ad epistulas manu scriptis. 5) Cum in Lib. epist... centuria sel... Lips. 1711 tum in Lib. epist., Amstelod. 1738. 6) Platonis dial. V ed. Nath. F., 1745. 7) F. Chr. Petersen, comment. de Libanio sophista I 1829 p. 22. 8) Philol. 10, 1855, p. 642 sqq. 9) Essay sur la vie et la corresp. du sophiste L., Paris 1866. 10) Ex. gr. Cobetus, Gasda (cf. Foerster in introd. vol. I p. 78 cum ann. 2 et 3), Foerster, Mus. Rhen. 32, 1877, p. 86 sq. 11) Locos a Foerstero et a Wolfio annotatos asterisco significavi. 12) Mus. Rhen. 59, 1904, 329; 60, 1905, 106; 61, 1906, 591; 64, 1909, 320; 65, 1910, 169.

Schenkelio[1], Asmo[2], Fuhrio[3] conscriptae et dissertationes a Gladisio[4] et Markowskio[5] compositae.

§ 4. De huius disputationis via.

Priusquam ad rem ipsam transeam, restat ut pauca de huius quaestionis via disseram. Nam cum, quid ad Platonem referendum sit, quaeratur, stabilire necesse est, quibusnam omnino ex fontibus Libanius sententias, res, locutiones haurire solitus sit. Excepto Homero sunt auctores quinti quartique a. Chr. n. saeculi: Demosthenes, Isocrates, Aeschines, Thucydides, Plato, Herodotus, poetae comici, Pindarus[6], Aeschylus, Sophocles, Euripides, Xenophon. Inter posteriorum temporum auctores certe Aristidem rhetorem adhibuit. Aristotele nusquam fere usus est; itaque cum Aristoteles una cum Platone eiusdem sententiae testis est, potius e Platone Libanium hausisse sumitur. Nonnunquam inter Libanium et Polybium[7] vel Dionysium Halic.[8] vel Plutarchum[9] vel Lucianum[10] similitudo quaedam elocutionis intercedit: quam rectius ad horum auctorum fontem referemus. Bis tantum respexit Dionysium Halicarnass. rhetor Antiochenus in argumentis orationum Demosthenicarum (vol. 8, 607,7 et 644,17). Factum autem esse potest, ut unum alterumve Luciani opusculum legerit, ex. gr. de saltatione, de historia conscribenda, Prometh., Convivium, Calumn. non tem. esse cred. (vid. p. 19).

Totam disputationem divisi in partes tres: quarum prima, quid Libanius in sententiis, rebus, elocutione Platoni debeat, singulis capitibus exponetur; secunda, quid e locis allatis colligendum sit, enucleabitur ita, ut capite priore de singulis quaestionis partibus disseram, altero totius dissertationis summam faciam, tertia de opusculis Libanio subditis loquar. — Non solum in proverbiis rebusque mythologicis ad Platonem referendis cautio adhibenda est, sed etiam in sententiis philosophicis, quas Libanius profert. Aliae

---

1) Berl. phil. Woch. 1904, 1447. 2) Woch. f. kl. Phil. 1909, 238. 1912, 243. 3) Berl. phil. Woch. 1915, 1100. 4) Car. Gladis, De Themistii Libanii Iuliani in Constantium orationibus, Vrat. 1907. 5) Hier. Markowski, De Libanio Socratis defensore, Bresl. phil. Abh. 40, 1910. 6) Quos collegit Foerster in proleg. vol. I p. 74. 7) Ex. gr. Pol. 3, 82, 10 ~ decl. 4 (t. 5, 271, 9): *πυρπολῶσι τὴν πόλιν*, Pol. 18, 37, 10: *προσεκύνουν τοὺς βωμούς* ~ decl. 23 (t. 6, 420, 16). 8) Ex. gr. ant. 11, 35: *οἰδῶν τὴν ψυχήν* ~ or. 1 (t. 1, 162, 13sq). 9) Ex. gr. Plut. de def. orac. p. 419 B: *χλευασμοὺς καὶ γέλωτας* ~ decl. 4 (t. 5, 277, 12). 10) Ex. gr. Luc. Prom. 13: *συνεπιλαβέσθαι μοι τοῦ ἔργου* ~ or. 11 (t. 1, 490, 17). Luc. conv. 16 ~ decl. 27 (t. 6, 552, 17): *τῇ βακτηρίᾳ καθικόμην αὐτοῦ.*

enim tam vulgares sunt, ut ad certum fontem eas referre dubitem[1], aliae e poetis, ex. gr. Theognide, Euripide, notae omnibus esse poterant, aliae a philosophis illorum temporum Neoplatonicis tractatae et pervulgatae erant. Haec de partis primae capite primo. In capite secundo, quatenus dialogorum res usurpaverit Libanius, inquiretur. In numerum locorum, quibus dialogorum rerum condiciones imitatur Libanius, non recepi blandas appellationes, quae apud ambos e vitae cotidianae usu fluxisse videntur, ex. gr. ep. 232: *ὦ βέλτιστε νέων* ∾ Polit. p. 263 A. Gorg. p. 515 A: *ὦ βέλτιστε ἀνδρῶν*, ep. 1350: *ὦ φίλε Ἀριστόφανες* ∾ Conv. p. 189 A: *ὦ 'γαθὲ Ἀριστόφανες*, ep. 373: *ὦ φίλε Παῦλε* vel ep. 660: *ὦ φ. Μάγνε* vel ep. 12: *ὦ φ. Ἑόρτιε* ∾ Rep. 5 p. 473 D: *ὦ φίλε Γλαύκων* simil., nec respexi terminos eos qui in rhetorum usu fuisse videntur, ex. gr. *δεινὸς εἰπεῖν* (ep. 97, 437, 582, 957, 1135), *δεξιὸς ῥήτωρ* (ep. 206, 319, 1259 ∾ Menex. p. 235 C), *δεινὸς ῥήτωρ* (ep. 28 ∾ Crat. p. 398 D). Nonnullos deinde Socratis amicos e Xenophonte vel Aristophane novisse poterat. Similiter atque in proverbiis res se habet in comparationibus imaginibusque ad Platonem referendis: depromit enim has de rebus, quae e vita cotidiana vel e poeta[3] quodam notae ei esse poterant. Hac de causa nec exempla in ep. 277 nec in chria 2 (t. 8,81, 3 sqq) prolata ad Platonem refero. At contra locos omnes, q u o r u m s t r u c t u r a e t v e r b a a d P l a t o n e m a c c e d u n t, ut e Platone d e p r o m p t o s[2] recepi. In capite tertio, quo, quid in elocutione Platoni debeat Libanius, disputabitur, ordinem observavi grammaticum de enuntiatis integris, de locutionibus, de singulis vocabulis disserens. In unaquaque autem parte a locis certis transii ad locos minus certos dubiosque.

---

[1]) Similiter iudicat Markowskius p. 66. [2]) Eadem censet Mark. p. 66 sq. [3]) Idem iudicat Salzmannus, Sprichw. u. sprichwtl. Redensarten bei Lib., diss. Tubing. 1910 p. 106.

Pars I: Libanius quid in sententiis, rebus, elocutione Platoni debeat.

Caput I.

Platonis sententias quatenus in suum usum verterit Libanius.

A. Quatenus in philosophia philosophisque magni aestimandis cum Platone congruat.

Priusquam de singulis sententiis e Platone depromptis loquar, quidnam Libanius de philosophia philosophisque iudicaverit, exponam.

Quod or. 18 (t. 2, 244, 8): *τὴν σοφίαν κτῆμα θειότερον* (scil. *βασιλείας*) vocat, Phaedri p. 239 B memor est. Ad verum autem eam ducere sibi persuasit: or. 12 (t. 2, 20, 3 sq). Hac in re cum Platone consentit, qui Rep. 7 p. 521 C: *ψυχῆς περιαγωγή,* inquit, *..εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος οὖσαν ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι.* Furorem vocat philosophiam Libanius decl. 29 (t. 6, 594, 2 sqq) consentiens cum Plat.* Conv. p. 218 B: *κεκοινωνήκατε τῆς φιλοσόφου μανίας.* Is autem, qui huic operam dat, ceteris longe antecellit, ut exposuit Plato Phaed. p. 64 B. D—65 A. Hos locos respicit Libanius ep. 996: *οὐκ ἴσον ἀνὴρ ἐν φιλοσοφίᾳ πρῶτος καὶ ἄνθρωπος ἐν ἄλλοις διατρίβων.* Immo vero philosophi secundum deos ponendi verendique sunt, ut exponit Libanius ep. 1524. Deis caros esse philosophos Libanius etiam or. 27 (t. 3, 27, 1—5) profert ironice addens: *εἰ μὴ καὶ Σωκράτη τὸν ἀποθανόντα κωνείῳ μεμισῆσθαι παρὰ τῶν θεῶν λέγοις*[1].

[1]) Vituperabat Socratem Eugnomonius, ut elucet ex ep. 473.

B. De singulis sententiis e Platone depromptis.

1. De problematis Platonicis.

Huic parti praemitto locos eos, e quibus conspicitur, quaenam philosophiae Platonicae problemata maxime probata fuerint Libanio. Quaestionem enim, quae est de deis et de animo humano, explicite laudat or. 18 (t. 2, 244, 13—20), quid a philosophis Platonicis Iulianus didicerit, disserens. His verbis Timaeum et praecipue Phaedonem innuit.

Magis autem Libanio placuerunt quaestiones eae, quas Socratem de virtute facientem inducit Plato maxime in dialogis prioribus: sic decl. 2 (t. 5, 139, 14—140, 4) in animo habet Platonis Remp., Charm., Lachet., Menonem, Hippiam mai., Gorg., Protag., Euthyphr.: e decem disputationum Socratis ethicarum argumentis, quae h. l. enumerat, duo tantum, *ὑπὲρ φιλαδελφίας* et ⟨*περὶ τοῦ μὴ*⟩ *φιλεῖσθαι τὸν καλόν,* e Xenoph. Mem. 2, 3 et 1, 3, 8 sq recepit, cetera omnia e Platone. Praeterea ad problemata in Charm., Lach., Rep. tractata spectant defensoris Socratis verba decl. 1 (t. 5, 114, 13—15). Ibidem (lin. 15 sqq) Protag., Theaet., Hipp. mai. et min., Gorgiam dialogos quaestionesque a Socrate in iis institutas significat. Etiam verba decl. 1 (t. 5, 101, 8 sqq) potius ad. Remp., Charm., Lach., [Xen. Mem. 1, 4, 15], Menonem quam ad *Leg. 12 p. 964 B: *ἀνδρεία, σωφροσύνη, δικαιοσύνη, φρόνησις* vel * Phaed. p. 69 B: *ἀνδρεία· καὶ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ ξυλλήβδην ἀληθὴς ἀρετὴ μετὰ φρονήσεως* aliosve locos similes[1] referam.

Iam sententias eas affero, quas

2. De deis

profert. Quarum magna pars pervulgata est. Quod decl. 15 (t. 6, 139, 22—140,1) de **Fortuna** dicit: *παντὸς καλοῦ τὴν Τύχην ὑπολαμβάνω τοῖς ἀνθρώποις αἰτίαν εἶναι,* Libanium e Leg. 4 p. 709 B: *τύχας δ' εἶναι ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα,* quem locum Platonis nomine addito citat Iulianus epist. ad Them. p. 257 D, deprompsisse hanc sententiam censet Asmus[2]. Sed Libanii sententia singillatim, Platonis generatim dicta est et ipsa artius cum Menandri mon. 725: *τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία* vel cum Nicostrati versu (III 285, 2. 4 M = II 224, 19 K): *τύχη τὰ θνητῶν * πράγματ'*

---

[1]) Quos confert Markowsk. p. 134. [2]) Woch. f. kl. Phil. 1912, 243. Similis est sententia a Demosthene or. 2, 22 prolata: *ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα,* quam usurpat Iulianus p. 330 A.

cohaerere videtur. Hoc igitur loco Platonem Libanio obversatum esse non crediderim[1].

Necessitatem etiam dis maiorem esse, quod dictum[2] in proverbium abiisse elucet e Schol. Plat. Leg. 7 p. 818 B[3], compluribus Plato locis pronuntiat: *Prot. p. 345 D: *ἀνάγκῃ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται,* *Leg. 5 p. 741 A; 7 p. 818 B. Eandem sententiam, ni fallor, ex Euripide (cf. ann. 3) profert Libanius or. 52 (t. 4, 46, 3 sq), ep. 751: *ἀνάγκης ἧς ἡττᾶσθαι καὶ θεοὺς λόγος,* ep. 553: *θεῶν ἀνάγκη κρείττων, ὡς ὁ τῶν σοφῶν λόγος,* decl. 11 (t. 5, 511, 3 sq), denique ep. 849. Verborum similitudo inter Platonem et Libanium non intercedit.

Iovem patrem mundi vocat Libanius or. 30 (t. 3, 114, 11), memor, ut plurimi auctores alii[4], loci Timaei p. 28 C: *τὸν . . ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός;* deos omnes similiter significat: *τοὺς τῶν ὅλων κυρίους* in thesi 1 (t. 8, 551, 3). Cf. Phaedr. p. 246 E.

Amor num inter deos numerandus sit, in Platonis Convivio quaeritur; deum eum esse negavisse Diotimam narrat Socrates p. 202 D: *Ὁρᾷς . . . ὅτι καὶ σὺ Ἔρωτα οὐ θεὸν νομίζεις*[5]; Huc spectat locus decl. 12 (t. 5, 561, 2), quo Timo crimini se Socrati dedisse narrat, quod Amorem deum esse contenderit. Inter eos autem, qui deum eum esse censent, Phaedrus Conv. p. 178 C maiorem eum natu esse ceteris deis dicit: *ὁ Ἔρως . . . μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιός ἐστι,* Agatho autem, qui minorem eum putat, omnium eum bonorum causam hominibus esse affirmat p. 195 A: *τοὺς ἀνθρώπους εὐδαιμονίζειν τῶν ἀγαθῶν, ὧν ὁ θεὸς αὐτοῖς αἴτιος.* Similem vim Mars Amori tribuit in Libanii decl. 8 (t. 5, 441, 8 sq). — De Amorum — duos enim cum Pausania Conv. p. 180 C sqq secernit Amores —

---

1) Idem iudicant Lingenbergius, Plat. Bild. u. Sprichw., Progr. Colon. 1872 p. 20, et Salzmannus p. 70 sq. — Sententia de fortuna ep. 1049 exposita: *χαίρει γὰρ ἡ θεὸς καὶ τὸν κείμενον ἀνιστᾶσα καὶ τὸν ὑψηλὸν καθαιροῦσα* ex eodem fonte (Pind. P. 8, 76 sqq? cf. Hes. op. 6) fluxit, e quo Hor. carm. 1, 34, 12 sq. 2) Pittaco id tribuitur ap. Diog. L. 1, 4, 77 cf. Salzm. p. 71. 3) Salzmann l. l. Haud dissimile est Sophocl. fr. 235 N.[2]: *πρὸς τὴν ἀνάγκην οὐδ' Ἄρης ἀνθίσταται,* cf. etiam Philem. (4, 11 M = II 486, 31 K): *ὁ θεὸς ἀνάγκης* (scil. *ἐστίν).* Stoicis hanc sententiam tribuit Wolfius ad ep. 553. Sed similia iam leguntur apud Parmen. 8, 30 ed. Diels., Her. 1, 91, 1. 9, 16, 3 (7, 172), quos locos affert Foerster ad vol. 5, 511, 3, denique apud Eur. Hel. 513 sq: *λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμός, σοφῶν δ' ἔπος, δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.* 4) Hanc philosophi doctrinam usurpavisse auctores Christianos docet Krollius, mus. Rhen. 71, 325 sq. cf. etiam Basil. I 4 A 6 (cf. Shear. p. 25), Greg. Naz. I 901 C 12 sqq, e Greg. Nyss. locis a Gronavio p. 56 citatis ex. gr. II 24 D, quo deum vocat *ποιητὴν καὶ πατέρα.* 5) Hunc locum in animo habuit Themistius or. 13 p. 162 b, ubi *οὐκ* e Platone recte inserit Dind.

potentia talia Eryximachum loquentem inducit Plato p. 188 D: *πολλὴν καὶ μεγάλην ... δύναμιν ἔχει ξυλλήβδην μὲν ὁ πᾶς Ἔρως, ὁ δὲ ... παρ' ἡμῖν καὶ παρὰ θεοῖς οὗτος τὴν μεγίστην δύναμιν ἔχει.* Quam sententiam ad verbum fere exscripsit Libanius, qui Martem loco paulo antecedente (decl. 8 (t. 5, 441, 4 sqq)) dicentem facit (cf. p. 422, 9 sq); uterque enim libidinem voluptatemque corporis significat[1]. Eundem deum innuit ep. 833, in qua Eustochium monet, ut caveat facem *τοῦ μεγάλην ἐν μικρῷ τῷ σώματι κεκτημένου τὴν δύναμιν θεοῦ.* Sententiam, quam Libanius decl. 8 (t. 5, 441, 11) exponit, e Platone depromptam esse ideo veri simile est, quod Libanius paulo ante de Amore disserens Phaedri memorem se praestitit. Amorem enim *μανίαν* vocaverat Prodicus[2], Plato autem tangit tantum hanc rem Phaedr. p. 253 C: *ὑπὸ τοῦ δι' ἔρωτα μανέντος φίλου.* Alludit denique ad hanc sententiam Lib. decl. 48 (t. 7, 615, 14 sq)[3].

Musas vero poetis potentiam impertire explicat Plato * Ion. p. 536 A: *ὁ μὲν τῶν ποιητῶν ἐξ ἄλλης Μούσης, ὁ δὲ ἐξ ἄλλης ἐξήρτηται,* quam sententiam Libanius recepit decl. 33 (t. 7, 108, 4 sq) et confirm. 1 (t. 8, 138, 5—8). Magis quam ex Ionis loco pendet e Plat. Phaedr. p. * 245 A, qui aeque atque Libanius poetarum furorem divinum *μανίαν* vocat: *ἀπὸ Μουσῶν ... μανία* et * p. 256 B de *θεία μανία* loquitur. Repetit enim easdem rhetor Antiochenus sententias in alterius confirm. initio (t. 8, 143, 13—144, 3). Huc spectant etiam verba or. 19 (t. 2, 413, 13): *μανίᾳ ποιητῶν* et ep. 1590: *τῆς Ὁμήρου μανίας.*

Dei terram quoque creaverunt, quae ferebat *πρὸ τῶν ἡμέρων τὰ ἄγρια* (decl. 13, t. 6, 38, 15); cf. p. 39, 1. Hanc de creatione mundi sententiam e Platon. Theaet. p. 177 A hausit Libanius.

Iidem, ut hominum animos delectarent, dies festos constituerunt, ut docet Plato * Leg. 2 p. 653 C sq[4]: *θεοὶ δὲ οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς*[5]. Hunc locum, quem citat Clemens Alex. Strom. 3,20 et ad quem alludit Iulianus or. 4 p. 152 C, Libanius quoque in suum usum convertit descr. 5 (t. 8, 472, 5 sq).

Deos hominum esse dominos, ad quos post mortem redituri sint, pronuntiat Lib. decl. 1 (t. 5, 110, 19) et decl. 2 (ib. p. 145, 4 sq) secutus Platonis cum Leg. 5 p. 726 tum Phaed. p. 63 C: *παρὰ*

---

1) Loco Platonis verba: *καὶ παρ' ἡμῖν — θεοῖς* delet Hugius, sed Libanius ea legisse videtur; ea enim reddit verbis: *ἀπέχεσθαι μηδὲ αὐτῶν τῶν θεῶν.* 2) Diels, Vorsokr. II 572,9. 3) Iisdem verbis utitur Plutarchus mor. p. 417 D: *μανικοὺς ἔρωτας.* 4) Duos locos cohaerere iam Morellus observavit. 5) Paulo aliter dies festos non ad deos, sed ad legum latores refert *Seneca de tranqu. an. 17,7.

ϑεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαϑούς[1]. Contra deorum esse homines cum Philolao[2] consentiens exponit Plato et *Phaed. p. 62 B: *ἡμᾶς τοὺς ἀνϑρώπους ἓν τῶν κτημάτων τῶν ϑεῶν εἶναι* et *Leg. 10 p. 906 A: *ἡμεῖς δ' αὖ κτῆμα*[3] *ϑεῶν καὶ δαιμόνων.* Quae sententia ante animum obversata est Libanio, cum scriberet decl. 9 (t. 5, 472, 9), et in loco communi 1 eam in ridiculum vertit (t. 8, 167, 1 sq). — Num memor fuerit Libanius loci Platonis illius, quo queritur (Leg. 9 p. 854 A): *τὴν τῆς ἀνϑρωπίνης φύσεως ἀσϑένειαν,* in decl. 10 (t. 5, 494, 5 sq): *κρείττων ἔστω τῆς ἀνϑρωπίνης φύσεως,* dubium est.

Urbium denique custodes deos esse Plato dicit Leg. 10 p. 907 A: *πάντων φυλάκων εἰσὶ μέγιστοι καὶ περὶ τὰ μέγιστα ἡμῖν οἱ πάντες ϑεοί.* Huius sententiae memor est Libanius or. 61 (t. 4, 336, 5) et decl. 25 (t. 6, 490, 16 sqq).

Etiam iis locis, quibus

3. De principibus et de gubernatione[5]

disputat, nonnulla e Platone hausit. Quod ad or. 11 § 34—39 (t. 1, 448,5 - 449,18) annotat Herwerdenus[4]: ‚Quae Libanius de praestantia situs urbis ut Antiochiae neque in ipso litore neque procul a mari conditae disputat, partim in mentem revocant similia argumenta usurpata a Platone in Rep., ubi agit de civitate sua condenda', similia solo in Critia dialogo leguntur (p. 110E—112A), quo loco pristinum Atticae Athenarumque statum Plato describit, sed similitudo, si quam omnino ponimus, minima est.

Plato Rep. 1 p. 338 D tria civitatum genera discernit: *τῶν πόλεων αἱ μὲν τυραννοῦνται, αἱ δὲ δημοκρατοῦνται, αἱ δὲ ἀριστοκρατοῦνται.* Quia cum his verbis mire congruit locus chriae 1 (t. 8, 67, 8 sqq), Platonis memorem fuisse Libanium crediderim. Haec genera qua ratione orta sint, exponens Plato *Polit. p. 301 C sq dicit: *δυσχερανάντων τῶν ἀνϑρώπων τὸν ἕνα ἐκεῖνον μόναρχον ... ὥστε ἐϑέλειν καὶ δυνατὸν εἶναι μετὰ ἀρετῆς καὶ ἐπιστήμης ἄρχοντα τὰ δίκαια καὶ ὅσια διανέμειν ὀρϑῶς πᾶσι.* Hunc locum in animo habet Libanius or. 59 (t. 4, 285, 6 sqq)[5]. Ad artem illam regiam, quam Plato praeterea Polit. p. 297 B: *τὸ μετὰ νοῦ καὶ τέχνης δικαιότατον ἀεὶ διανέμοντες* laudat, alludit insuper or. 12 (t. 2, 16, 10 sq), or. 13 (t. 2, 75, 20 sq), or. 59, quam modo citavi, p. 226, 1 sq, ib. lin. 14, quos

---

[1]) De his locis v. Markowskium p. 141 et infr. p. 26. [2]) Diels, Vors. II 245, 31. [3]) *Κτῆμα* O A *κτήματα* L (sed in marg. *γρ. κτῆμα ὃ καὶ κάλλιον*) Euseb., Stob.; Libanius quoque *κτήματα* legisse videtur. [4]) Mus. Rhen. 59, 1904, 342. [5]) De hac re disputat Barner, Comparantur inter se Graeci de regentium hominum virtutibus auctores, Marpurg. 1889. [5]) Vid. Gladis. l. l. p. 45.

locos affert Barner p. 38. Sed ep. 307: *παιδεύεσθαι δὲ ὅπερ μέγιστον ἀνθρώποις ἄρχειν εἰδέναι* non tam horum Platonis locorum quam Reip. 6 p. 502 D sqq, quo loco de educando principe res est, memor est. — In or. 13, qua Iulianum praedicat (t. 2, 65, 17 sqq), memor est sententiae Platonis *Men. p. 88 B explicatae: *σωφροσύνη ὡσαύτως καὶ εὐμάθεια μετὰ μὲν νοῦ καὶ μανθανόμενα καὶ καταρτυόμενα ὠφέλιμα.* Quod autem decl. 29 (t. 6, 598, 7 sq) tyrannos et dynastas significat, quibus omnia facere liceat, hanc sententiam e Gorg. p. 492 B deprompsit, quo loco eis ipsis omnia licere docet.

Aequitatem amicitias efficere pronuntiat Plato *Leg. 6 p. 757 A: *παλαιὸς . . λόγος ἀληθὴς ὤν, ὡς ἰσότης φιλότητα ἀπεργάζεται* de optima rei publicae forma disserens eandemque sententiam affert *Aristot. eth. Nicom. 9, 8 p. 1159 b 2: *ἡ δ' ἰσότης καὶ ὁμοιότης φιλότης;* e Platone, ut maiore similitudine locorum evincitur, eam deprompsit Libanius decl. 30 (t. 6, 628, 11)[1]. Ut Plato l. l. illam de optima rei publ. forma quaestionem respicit, quae iam prius obiter tacta[2] saeculo a. Chr. n. quinto medio a sophistis tractata erat[3], ita loci eius communis facti memor Libanius progymnasma illud, quod est *κατὰ τυράννου* (t. 8, 195—203, 5), composuisse videtur. Ex hoc rhetorum loco etiam hastatos illos novit, a quibus cum Plat. *Rep. 8 p. 567 D, Gorg. p. 466 C, Xen. Hier. 7, 12. *Dem. or. 17, 3. 15. Luc. tyrannic. 5 tyrannum circumdatum et munitum fingit or. 8 (t. 1, 387, 14 sq), decl. 1 (t. 5, 41, 5) de tyranno quodam disputans, ib. p. 58, 12—59, 1. E Platone hanc rem Libanio notam fuisse nullo indicio certo probatur, nam ne inter Gorgiam quidem et decl. 1 p. 58, 12 sqq tantus consensus intercedit, quantum statuere conatur Markowskius p. 135 sq. Tyranni civium educationem neglegunt, ut perspicitur e Conv. p. 182 B sq: *βαρβάροις διὰ τὰς τυραννίδας αἰσχρὸν . . . καὶ ἥ γε φιλοσοφία καὶ φιλογυμναστία . οὐ γὰρ . . συμφέρει τοῖς ἄρχουσι.* Quam sententiam Libanius suam fecit decl. 1 (t. 5, 108, 18 sq), ut observavit Markowskius p. 136.

Compluribus autem locis ante oculos habet Libanius clarissimum illum Reip. locum (l. 5 p. 473 D): *ἐὰν μὴ . . ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν . . . ἢ οἱ βασιλεῖς . . φιλοσοφήσωσι, . . . οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα . . . ταῖς πόλεσιν.* Eandem

---

[1]) In proverbiorum numerum recepit hoc homoeoteleuton E. Gruenwald, Sprichw. u. sprichwtl. Redensarten b. Plato, Berol. 1893. [2]) Hom. A 80. B 204. Aesch. Prom. 224 sq. [3]) Ad eam spectant Herod. III 80—82, Soph. Ant. 506 sq, praecipue Eur. Med. 119—130. Libanius ipse decl. 39 (t. 7, 311, 5 sq) sententiam Herodoti in l. III c. 80 expositam respexisse et exemplis ornavisse videtur.

sentententiam, quam exscripsit Themistius or. 1 p. 40a[1], repetit Plato Rep. 6 p. 501 E et Ep. 7 p. 326 A. Libanius autem, quotienscumque huius Platonis sententiae meminit, Iulianum, ᾧ φιλοσοφίας ὁ θεὸς τὴν ψυχὴν ἐκπλήσας (ep. 866), in animo habuit: sic ep. 670 Iulianus vocatur: βασιλεύς, ὃν πάλαι ζητῶν Πλάτων ὀψέ ποθ᾽ εὗρε nec minus or. 18 (t. 2, 244, 8 sqq), quo loco de Iuliani studiis sapientiae loquitur. De eodem sermo est or. 1 (t. 1, 140, 10 sq) et ep. 195: ἐπὶ θρόνου ... καθίζων ἀνέμιξε τῷ ἄρχειν τὸ φιλοσοφεῖν. Vituperat autem Antiochenos or. 16 (t. 2, 181, 22): οὐκ ἤνεγκαν ἐν βασιλεῖ φιλοσοφίαν οἰκοῦσαν. Fortasse etiam in ep. 1048 Scylacio data Platonis memor est; exponit enim, qua ratione rex quidam philosophum se praebeat. — Denique quod Plato Rep. 3 p. 412 C saep. de principibus civitatum disserit, quos φύλακας τῆς πόλεως vocat, id ante oculos obversatum est Libanio or. 64 (t. 4, 442, 11 sq).

4. De legibus.

De legum origine quod statuit or. 64 (t. 4, 431, 1 sq): θεοὶ τοὺς νόμους καὶ τούτοις κἀκείνοις ἔδωκαν, id e Legum initio hausisse videtur (l. 1 p. 624 A): θεὸς .. ὑμῖν .. εἴληφε τὴν αἰτίαν τῆς τῶν νόμων διαθέσεως. — Ut prodessent hominibus, leges institutas esse[2] pronuntiat Plato * Theaet. p. 178 A: ὡς ἐσομένους ὠφελίμους τοὺς νόμους τιθέμεθα εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον et Rep. 1 p. 338 E: τίθεται ... τοὺς νόμους ἑκάστη ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ αὑτῇ συμφέρον. Inde hausit Libanius sententiam eam, quam explicat decl. 24 (t. 6, 453, 13 sq), fortasse etiam id, quod profert decl. 9 (t. 5, 472, 5).

Leges hominum dominos esse eloquuntur et Plato * Ep. 8 p. 354 E: νόμῳ δεσπότῃ et Libanius cum decl. 2 (t. 5, 143, 1 sq) tum or. 25 (t. 2, 556, 19): εἰ νόμοι δεσπόται. — Huc denique refero * Pindari fr. 169 Schr.: νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς / θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων / ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον / ὑπερτάτᾳ χειρί. Ut e fabula de bobus ab Hercule raptis a poeta addita colligitur, Pindarus dicere voluerat penes eum ius esse, qui victor discederet[3]: alii autem auctores, qui inde ab Herodoto (3, 38) hoc poetae enuntiato utebantur, aliam vim νόμος vocabulo dederunt: Herodotus enim cogitavit de more a maioribus recepto, Hippias sophista (ap. *Plat. Prot. p. 337 D) de iure civili[4], Callicles (ap. Gorg. p. *484 B. *488 B.

[1]) Hunc locum etiam or. 8 p. 107a in suum vertit ceterisque locis, quos enumerat Pohlschmidtius p. 6. [2]) At Democritus ap. Stob. flor. 4, 1, 33 H.: ὁ νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων, cf. Isocr. ep. 9. [3]) Ut exponit Gerckius (Plat. ausgew. Dial. erkl. v. Sauppe, 3. Gorg.) 1897 ad. l. l. et praef. p. XLVII. [4]) Hippiae sententia erat: ὁ δὲ νόμος τύραννος ὢν τῶν ἀνθρώπων πολλὰ παρὰ τὴν φύσιν βιάζεται; cf. Ueberweg et Praechter, Hist. philos. Gr. p. 91.

cf. Leg. *3 p. 690 B, *4 p. 714 E sq.) de iure naturali *(νόμος κατὰ φύσιν)* sensuique Pindarico proxime accedit explicatio Leg. 10 p. 890 A data[1]. Ut sophistae ita Socrates quoque his versibus usus est et a Polycrate accusatore crimini ei datum est[2], quod sua loci Pindarici interpretatione adulescentes ad contemnendas leges impelleret[3]. Ut hoc crimen redargueret, Libanius (decl. 1, t. 5, 62, 9—12) laudibus Socratem effert, quod recte adulescentes moneat, ne creduli omnia poetarum praecepta sequantur. Haec ambo in universum de legibus disputant.

Legum latores de hominibus optime meritos summis honoribus frui Libanium decl. 1 (t. 5, 97, 4—10) similiter proferre atque Platonem *Conv. p. 209 D sq et *Gorg. p. 514 E sq observavit Markowskius p. 140. — Cretensibus[4] Minos Iovis filius leges constituisse optimas traditur. Fabula illa, quae decimum quemque annum Minoa cum Iove collocutum leges dedisse enarrat, commemoratur ab Hom. τ 178 sq:

τῇσι δ' ἐνὶ Κνωσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως
ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Explicat eam Plato Leg. 1 p. 624 A sq (init.): *τοῦ Μίνω φοιτῶντος πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἑκάστοτε συνουσίαν δι' ἐνάτου ἔτους.* Paulo post commemorat p. 625 B: *τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον.* Eiusdem narrationis Homericae meminit Plato Min. p. 319 C et E: *ἐφοίτα οὖν δι' ἐνάτου ἔτους εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως.* Verbotenus cum Minois dialogi loco congruit Libanius ep. 20 sub fin. Inde autem, quod hoc loco Iovis antrum commemorat Libanius, e Min. 319 E vel Leg. 1 p. 624 A sq. 625 B, non ex Homero fluxisse Libanii mythum evincitur. Paululum mutavit Platonis narrationem *ep. 1366: ‚Multo melior, inquit, rediit Eusebius' . *εἰκὸς δὲ ὅτι καὶ τοῖς Κρησὶν ὁ Μίνως ἐκ τοῦ ὄρους παρὰ τοῦ Διός*[5], cogitat denique de eo ep. 1469. Cretensibus leges optimas fuisse, id quod exponit Lib. or. 64 (t. 4, 430, 15 sq), docent Plato Min. p. 318 D sq. p. 320 A de Minoe locutus, *Luc. Anach. 39 de Lycurgo enarrans.

---

1) Ut exponit Gerckius l. l. 2) Sequor Foersterum in praef. vol. V p. 4 not. 5 et Markowskium p. 11. E prioribus cf. Arn. Hug, Neues Schweizer. Mus. 1, 1861, 176. 3) Aliter ad Socratis mentem tyrannida expetentem refert h. l. Schanzius (Samml. ausgew. Dialoge Platos m. deutschem Kommentar, 3. Apologia) Lips. 1893 introd. p. 30 et praecip. p. 43. 4) Aegyptiorum leges sapientissimas esse docet Lib. ep. 1050: *σοφοὶ .. ἦσαν οἱ περὶ τὸν ποταμὸν* (sc. *Νεῖλον) τοὺς νόμους τεθεικότες.* Tangit tantum hanc sententiam Plato, non de cunctis legibus, sed de una certaque disserens Leg. 2 p. 656 D: *ἐν Αἰγύπτῳ δὲ δὴ πῶς τὸ τοιοῦτον φῇς νενομοθετῆσθαι; Θαῦμα καὶ ἀκοῦσαι.* 5) Cf. Max. Tyr. diss. 22.

Secundum autem Cretenses leges Lacedaemoniorum aucto-ritate fruebantur maxima[1]. Lycurgum earum latorem praedicat Libanius ep. 1137 Nicocli Lacedaemonio data: *τῇ Σπάρτῃ Λυκοῦργος διδάσκαλος* similiter atque Plato Rep. 10 p. 599 D: *λέγε ἡμῖν (Ὅμηρε) τίς τῶν πόλεων διά σε βέλτιον ᾤκησεν, ὥσπερ διὰ Λυκούργου Λακεδαίμων;* Ad eundem Platonis locum spectat Libanius decl. 1 (t. 5, 90, 3 sq). E Libanii or. 64 p. 430, 16 sqq ambiguum fuisse conspicitur, utrum Cretensibus an Delphis debeantur horum leges. Prioris sententiae testimonium extat Min. p. 320 A: *Κρῆτες καὶ Λακεδαιμόνιοι δεύτεροι, μαθόντες παρὰ Κρητῶν,* alteram sententiam proferunt *Herodotus de Lycurgo disserens[2] (1, 65, 2) et Plato in Leg. initio (1 p. 624 A): *παρὰ δὲ Λακεδαιμονίων οἶμαι φάναι τούτους Ἀπόλλωνα*[3]. His locis num Platonem sequatur Libanius, parum certum est. Certe autem eius vestigia pressit or. 64 (t. 4, 425, 11 sqq) de Lacedaemoniorum legibus locutus: Plato enim Leg. 1 p. 637 A hanc sententiam protulerat: *οὗ ... μάλιστ' ἄνθρωποι .. προσπίπτουσιν ἡδοναῖς .., τοῦτ' ἐξέβαλλεν ὁ νόμος ἡμῶν ἐκ τῆς χώρας.*

Transeo nunc ad leges singulas.

De Boeotorum Eleorumque lege turpissima disserit Lib. or. 64 (t. 4, 475, 10—14); Boeotorum legem commemorat iterum p. 476, 9 sq. Leges has[4] e *Conv. p. 182 B deprompsisse Libanium congruentia verborum[5] evincitur: *ἐν Ἤλιδι μὲν γὰρ καὶ ἐν Βοιωτοῖς καὶ οὗ μὴ σοφοὶ λέγειν ἁπλῶς νενομοθέτηται καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς.* Huius legis etiam * Xen. Conv. 8, 34 mentio fit. Sed ut e maiore verborum similitudine, quae inter Libanium et Platonem intercedit, colligere licet, Libanius hanc legem e Platonis, non e Xenophontis Convivio suam fecit.

Leg. 9 p. 880 A praescribit Plato: *ἐὰν νέος νέον* (sc. *τύπτῃ*), *ἀμυνέσθω ... ψιλαῖς ταῖς χερσίν.* Hanc legem verbotenus exscribit Lib. or. 58 (t. 4, 184, 4 sq).

E Platone deinde, ut similitudine quadam verborum probatur, recepit Lib. praeceptum decl. 6 (t. 5, 383, 8 sqq) allatum. Eandem

[1]) Cum Plat. Leg. 1 p. 630 D: *πάντα τά τ' ἐν Λακεδαίμονι καὶ τὰ τῇδε πρὸς τὸν πόλεμον μάλιστα βλέποντας Λυκοῦργόν τε καὶ Μίνω τίθεσθαι τὰ νόμιμα* Minoa et Lycurgum ut optimos civitatum institutores praedicat Themistius or. 6 p. 73 b cf. Pohlschmidt p. 28. [2]) Ad Pythiae oraculum ei datum et ab Her. l. l. relatum spectat Lib. ep. 721. [3]) Eadem Platonis sententia placuit *Choricio Spart. 23 (ed. Foerster, Arch. Jahrb. 9, 179, 3). [4]) Harum testes sunt etiam *Cic. Rep. 4, 4 et Max. Tyr. diss. 26, 8 e Platone haurientes. [5]) Itaque Platonis locus ad textum Libanii constituendum summi momenti est, ut exponit Foerster, mus. Rhen. 32, 94 et appar. crit. ad l. l.

enim sententiam explicat Plato Leg. 9 p. 874 B[1]: *ἐὰν λωποδύτην ἀμυνόμενος ἀποκτείνῃ, καθαρὸς ἔστω.*

Quod decl. 16 (t. 6, 177, 18 sq) statuit Libanius, recepit e * [Plat.] de virtute p. 378 E: *ἀλλὰ μὴ καὶ περὶ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριόν εἰσιν ἡμῖν δοκιμασταὶ ...; Εἰσίν. Τίνας ἂν τούτους καλεῖς; Ἀργυρογνώμονας*[2].

Legem[3] illam, quae est de abdicatione filii, non modo in nonnullarum declamationum argumentum recepit[4], sed etiam ceteris in declamationibus iterum ac saepius affert; more enim Graecorum inde ab antiquissimis temporibus[5] usque ad aetatem Romanam sancitum, etsi iurisdictioni Romanorum non probatum[6], erat; ut patribus magistratuum consensu publico filios domo movere et haereditate excludere liceret. Hanc legem, cuius testimonia extant plurima, ex. gr. ap. *Dem. or. 39, 39, ap. Dion. Arch. 2,26, ap. *Luc. abdic. 8[7], etiam Plato paululum mutatam in rem publicam suam condendam recepit cf. *Leg. 11 p. 928 D sq; saepissime autem tractabatur in rhetorum posteriorum declamationibus apud Senecam, Quintilianum, Lucianum[8]. Sic apud Libanium legitur decl. 10 (t. 5, 495, 12 sq): *ἀπείλησον ... τὴν ἀποκήρυξιν,* similia decl. 27 (t. 6, 555, 15 sq), decl. 46 (t. 7, 563, 1 sq). Quae cum ita sint, cum agatur de rhetorum loco communi, incertum est, num de Platonis loco cogitaverit. Nec certius quid statui potest de lege Attica ea, quae adulteros indicta causa interfici iubet et quam e Dracone apud Athenienses usitatam[9] etiam Plato tangit Leg. 9 p. 874 C: *ἐὰν ἐλευθέραν γυναῖκα βιάζηταί τις .., νηποινὶ (ἄνευ τιμωρίας καὶ ποινῆς* schol.) *τεθνάτω ὑπό τε τοῦ ὑβρισθέντος βίᾳ καὶ ὑπὸ πατρὸς ἢ ἀδελφῶν ἢ υἱέων.* Fieri autem potest, ut inde, quod indicta id fieri causa

---

1) Thalheim., D. griech. Rechtsaltert. p. 41,3. 2) Horum mentio fit etiam apud Aristot. rhet. 1.15 v. part. I cap. 3 C 1 *β*. 3) De ea v. Meier-Schoemann-Lipsius, D. att. Prozess, p. 535—538, Lipsius, D. att. Recht u. Rechtsverfahren (II) p. 502 sqq, Thalheim. ap. Paul.-Wiss. s. v. *ἀποκήρυξις,* Lewald., Zeitschr. der Savignystiftung f. Rechtsgesch. 34, 1913, p. 441—445, imprim. p. 443, qui recenset libellum Eduardi Cuq, Un nouveau document sur l'apokéryxis, Paris 1913, Koschacker in eiusdem operis recens., Berl. phil. Woch. 1915, 1503 sqq, P. M. Meyer ibid. p. 999 in recens. libelli Masperonis, Papyr. grecs d'époque byzantine I 2. 3. 4) De iis v. cap. 2 A. 5) In iure Gortynensi eam commemorari monet Meyer l. l. 6) Id monet Mitteisius, Reichsrecht u. Volksrecht p. 212 sqq. 7) Ad hanc legem spectare videtur Eur. Alc. 737 sq. 8) Ut monet Meyer. Papyrus quoque illa, de qua sunt recensiones citatae, a nonnullis (Lewaldio et Meyero) iure, ut videtur, narratio abdicationis vocatur. 9) Ut docent ll. ll. Meier-Schoem.-Lips. p. 407, Lipsius p. 429 sq, Thalheim. p. 37,5. Alluditur ad h. l. ap. Soph. Ai. 1295 sq. Lys. Erat. 4, 26, 29, 31, 32 sqq. 48. Xen. Hier. 3, 3. Paus. 9, 36, 8. Plut. Sol. 23.

ambo affirmant, colligere liceat Platonis memorem fuisse Libanium, cum argumenta decl. 38 et 39 conderet. Praeterea alludit fortasse ad hanc legem loc. comm. 4 (t. 8, 200, 5): *δεῖ τὸν μοιχὸν ἀποθνήσκειν.* — Decl. 1 (t. 5, 41,15—42,4) legem eam commemorans, qua constitutum erat, ut homicida, qui parricidium commisisset, atque auctor caedis pariter tractarentur, Libanius * Dem. or. 23,36 sequitur nec habemus, cur argumentum legis e Plat. Leg. 9 p. 872 A repetitum esse cum Markowskio p. 128 sq iudicemus.

Haec de iure civili; e iure militari Libanius or. 34 (t. 3, 200, 10 sq) et decl. 23 (t. 6, 386, 19) et decl. 41 (t. 7, 393, 16) eas leges respicit, quae iis, qui militiam effugere conantur, poenas minitantur gravissimas: hanc legem Atticam, cuius testes rari sunt[1], in rempubl. suam recepit Plato Leg. 12 p. 943 A: *ἐὰν δέ τις ἐκλείπῃ .., γραφὰς ἀστρατείας*[2] *εἶναι πρὸς τοὺς πολεμικοὺς ἄρχοντας.* Factum esse potest, ut Platonis meminerit Libanius. — Certius id est decl. 30 (t. 6, 652, 11), quo loco de legum latore quodam locutus inter scelera enumerat: *ἀστρατείας, λειποταξίου;* respicit enim legem Atticam[3] a Platone usurpatam * Leg. 12 p. 943 D: *λειποταξίου*[4] *τούτων εἶναι γραφὰς ἐν τοῖς αὐτοῖς, οἷσπερ τῆς ἀστρατείας*: quia duas leges ambo inter se coniungunt, Libanium e Platone hanc legem hausisse crediderim. — Coronam denique oleaginam Athenis civibus bonis praemio datam esse elucet ex * Aeschin. fals. leg. p. 34, 12: *στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ ἕκαστον,* ex * eiusdem auct. Ctes. p. 80, 36 sq: *στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ,* e * Plat. Leg. 12 p. 943 C: *στέφανον δὲ τὸ νικητήριον ἑκάστοις εἶναι θαλλοῦ,* qui illud quoque vitae publicae institutum in rempubl. suam recipere vult. Hanc legem non modo decl. 33[5] suam fecit, sed etiam decl. 16 sub finem (t. 6, 184, 8 sq), qui locus arte cum Platonis verbis cohaeret. Idem *θαλλοῦ στέφανος* commemoratur loc. comm. 5 (t. 8, 207, 18), decl. 33 (t. 7, 79, 2 et 94, 1), ep. 93: *πάντως ἂν ἐν δημοκρατίαις καὶ στεφανωθῆναι δοκεῖ τοῦτο εὖ πεποιηκώς.*

5. De vita cotidiana.

Divitiis et corpori animum praeferendum esse Plato compluribus locis exponit: *Leg. 9 p. 870 B: *τὸ γὰρ ἀληθὲς λέγεσθαι περὶ τοῦ*

---

[1]) Lys. or. 14, 7 sqq, 15, 1 sqq, cf. Lipsium p. 452 sqq c. ann. 8. [2]) Schol. Plat. l. l.: *ἀστρατείας δίκη ἐστὶ γραφὴ κατὰ τοῦ κατειλεγμένου μὲν ἐν στρατιωτικῇ τάξει, μὴ στρατευσαμένου δέ.* [3]) Vid. Lipsium ad l. l. Huius legis testes sunt Antiph. ap. Athen. 7 p. 304 A. *Lyc. c. Leocr. 147 p. 169, 2, cf. Lys. or. 14, 5 sq. [4]) Schol. Plat. l. l.: *λειποταξίου δίκη ἐστὶ γραφὴ κατὰ τοῦ στρατευσαμένου μέν, λιπόντος δὲ τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν τάξιν αὐτοῦ.* [5]) Vid. p. 29.

πλούτου .., ὡς ἕνεκα σώματός ἐστι καὶ σῶμα ψυχῆς ἕνεκα · ἀγαθῶν μὲν οὖν ὄντων, ὧν ἕνεκα ὁ πλοῦτος εἶναι πέφυκε, τρίτον ἂν εἴη μετὰ σώματος ἀρετὴν καὶ ψυχῆς, *Gorg. p. 477 B: *χρημάτων καὶ σώματος καὶ ψυχῆς τριῶν ὄντων*, * Leg. 5 p. 731 C: *ψυχὴ δ' ὡς εἴπομεν, .. ἐστὶ πᾶσι τιμιώτατον*. Socrati recte hanc doctrinam tribuit Libanius decl. 1 (t. 5, 85, 11 sq)[1]. Divinissimum vocat animum hominum defensor Socratis (d. 1, t. 5, 22, 1 sq) nisus loco Legum 5 p. 726: *πάντων γὰρ τῶν αὐτοῦ κτημάτων μετὰ θεοὺς ψυχὴ θειότατον*[2]. Immortalem vero animum esse profert Lib. decl. 2 (t. 5, 147, 4 sq) exscribens Phaedri p. 245 C: *ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος* et ib. p. 144, 6, cf. Phaed. p. 73 A: *ἀθάνατόν τι ἡ ψυχή*. Meliorem hominis partem animum esse exponit Plato cum Leg. 5 p. 726: *τὰ μὲν οὖν κρείττω καὶ ἀμείνω δεσπόζοντα, τὰ δ' ἥττω καὶ χείρω δοῦλα* tum * Rep. 4 p. 431 A: *ἐν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ περὶ τὴν ψυχὴν τὸ μὲν βέλτιον ἔνι, τὸ δὲ χεῖρον*. Hanc sententiam respicit Libanius decl. 26 (t. 6, 529, 9 sq). — Cum loco or. 17 (t. 2, 218, 8–11) Rep. 9 p. 577 D: *καὶ πολλῆς μὲν δουλείας τε καὶ ἀνελευθερίας γέμειν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καὶ ταῦτα αὐτῆς τὰ μέρη δουλεύειν, ... σμικρὸν δὲ καὶ τὸ μοχθηρότατον καὶ μανικώτατον δεσπόζειν* comparat recte Barner p. 39. Ad eadem Platonis verba spectat or. 12 (t. 2, 45, 2 sq). Denique Barner l. l. cum Rep. 9 p. 577 E: *καὶ ἡ τυραννουμένη ἄρα ψυχὴ .. ὑπὸ .. οἴστρου ἀεὶ ἑλκομένη βίᾳ ταραχῆς καὶ μεταμελείας μεστὴ ἔσται* apte confert or. 17 (t. 2, 219, 12 sq). — Vituperat Socrates cives suos, quod in divitiis congerendis animos colere neglegant, suamque ipsius illis vitam exempli instar proponit * Ap. p. 29 D sq et 30 A sq: *τῆς δὲ ψυχῆς, ὅπως ὡς βελτίστη ἔσται, οὐκ ἐπιμελεῖ;* denique *Ap. p. 36 B sq. Hanc de excolendo animo sententiam pluries defensorem Socratis afferentem facit Lib. decl. 1: p. 22, 7 sq, p. 25, 13–26, 1, p. 85, 9 sqq, p. 113, 13—19[3]. Eum, qui purum integrumque animum sibi servet, solum beatum esse exponit Socrates Platonicus Rep. 1 p. 354 A: *ὅ γε εὖ ζῶν μακάριός τε καὶ εὐδαίμων* et Gorg. p. 470 E: *τὸν .. καλὸν κἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα εὐδαίμονα εἶναί φησι*[4]. Hanc de vera beatitudine sententiam Libanius decl. 1 (t. 5, 22, 2 sqq) e Gorgia repetit, cf. Gorg. p. 522 E. 526 D. 527 C[5]. Ad firmandam hanc sententiam Socrates exemplum repetit a rege Persarum, quem, quamquam opes maximae sint, vere beatum esse negat Gorg.

---

1) Ceteri loci a Markowskio p. 138 sq annotati: * Leg. 4 p. 724 A, 5 p. 726–729 C, 731 C, *Phaedr. p. 241 C iam longius distant a Libanio. 2) Mark. p. 139. 3) Mark. p. 75 sq, qui praeter hos locos relegat ad Xen. Mem. 3, 5, 13. 4) Mark. p. 133. 5) Quos locos ann. Foerster in addend. ad vol. V p. 565.

p. 470 E: *οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γιγνώσκων φήσεις εὐδαίμονα ὄντα*[1]. Idem inde deprompsit Lib. decl. 1 (t. 5, 108, 15 sq)[2]. Ut corpus arte gymnastica, ita litteris animum coli Socratem et Antisthenem primos docuisse docet Mark. p. 139. E locis, quibus hanc sententiam Plato profert: *Prot. p. 313 C: *τρέφεται .. ψυχὴ μαθήμασι*, *Rep. 2 p. 376 E: *ἔστι ... ἡ μὲν ἐπὶ σώμασι* (sc. *παιδεία*) *γυμναστική, ἡ δ' ἐπὶ ψυχῇ μουσική*, * ib. 3 p. 410 B sq: *οἱ καθιστάντες μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ παιδεύειν ... καθιστᾶσιν, ἵνα τῇ μὲν τὸ σῶμα θεραπεύοιντο, τῇ δὲ τὴν ψυχήν;* nullus tantopere accedit ad Libanium, ut inde hausisse rhetorem hanc sententiam putemus[3]. Libanius enim dicit decl. 1 (t. 5, 55, 8 sq): *τὰς ψυχὰς ἀσκοῦμεν μαθήμασι καὶ τὰ σώματα γυμνασίοις* et loc. comm. 5 (t. 8, 207, 9 sq): *τὸ σῶμα πόνοις καὶ μαθήμασι τὴν ψυχὴν ἀσκῶν.*

Aliquid discere autem esse aliquid reminisci exponitur Men. p. 81 C sq: *ἡ ψυχὴ ... οὐκ ἔστιν, ὅ τι οὐ μεμάθηκεν· ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν ... αὐτὴν ἀναμνησθῆναι κτλ.* et *Phaed. p. 72 E: *ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα.* Hanc sententiam usurpat Lib. decl. 2 (t 5, 145, 1 sq)[4].

Virtus quanti aestimanda sit, exponit Plato Leg. 5 p. 728 A: *πᾶς .. ὅ τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος.* Haec sententia[5] Libanio obversata est non solum decl. 1 (t. 5, 27, 9 sqq) sed etiam ep. 926, in qua de viro quodam scribit: *ὃν οὐδὲ πᾶς ὃν ἡ γῆ φέρει, χρυσὸς ἐξέβαλλεν ἂν τῶν τρόπων*, fortasse etiam ep. 780: *παντὸς πλούτου τὴν Ἀντιόχου προθεὶς ἀρετήν.* — Notissima est Socratis sententia virtutem esse discendam; ideo enim homines iniurias facere, quod, quae optima sint, ignorent: *κακὸν* inquit Alc. 2 p. 143 E *ἐστὶν ἡ τοῦ βελτίστου ἄγνοια.* Eandem[6] usurpat Lib. ep. 854. At locus ep. 12: *ἡ ἄγνοια πανταχοῦ τοῖς ἀνθρώποις βλαβερόν* propius quam ad Platonem ad Lucian. cal. non tem. esse cred. 1 (init.): *δεινόν γε ἡ ἄγνοια καὶ πολλῶν κακῶν ἀνθρώποις αἰτία* spectat.

Maiorem autem verborum congruentiam, qua alterum locum ex altero fluxisse evincitur, prae se ferunt sententiae de moderatione a Platone et Libanio prolatae: cf. Rep. 4 p. 430 E: *κόσμος .. τις ..*

---

1) Non huc spectat locus *Lys. p. 209 D sq. 2) Vid. Mark. p. 136, qui ann. 2 eos enumerat, qui hunc Platonis locum imitati sunt. 3) Multa testimonia ex aliis auctoribus affert Mark. p. 139. 4) Pro *μένειν* h. l. Meiser p. 26 *μεθύειν* legendum esse censet, sed loci, quos ut similes affert, distant a Libanii sententia. 5) Haec sententia Iuliano tantopere placuit, ut eam or. 2 p. 81 A verbis: *τοῦ Ἀθηναίου ξένου, ὅστις ποτὲ ἄρα ἦν ἐκεῖνος ὁ θεῖος ἀνήρ* Platonem indicans membrorum tantum ordine mutato exscriberet. Cf. Gladis. p. 50, Mark. p. 133. 6) Aliam autem sententiam continent versus Eur. Hipp. 380 sqq a Wolfio annotati.

ἡ σωφροσύνη ἐστί cum or. 34 (t. 3, 192, 17) et decl. 25 (t. 6, 476, 17 sq). Certe deinde e Conv. p. 196 C: *εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν* fluxit locus decl. 16 (t. 6, 157, 20 sq), fortasse etiam ep. 911: *σωφροσύνῃ τε διαφέρει καὶ τῷ κρατεῖν ἡδονῶν.* Sententia illa plerosque solas ad voluptates fruendas spectare, quam explicat Lib. decl. 1 (t. 5, 15, 9 sqq), e Phaed. p. 65 A fluxit: *δοκεῖ.. τοῖς πολλοῖς.. οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν, ἀλλ' ἐγγύς τι τείνειν τοῦ τεθνάναι ὁ μηδὲν φροντίζων τῶν ἡδονῶν*[1]. Similiter e Phileb. p. 12 A: *νικᾷ μὲν φρόνησις τὴν ἡδονήν* pendere videtur locus or. 59 (t. 4, 231, 8 sq): *τὰς μὲν ἡδονὰς τῇ σωφροσύνῃ νικῶντες.* Sententia autem or. 59 (t. 4, 269, 15 sq) prolata eadem est, quam explicant * Plato Men. p. 97 B: *δόξα ἄρα ἀληθὴς πρὸς ὀρθότητα πράξεως οὐδὲν χείρων ἡγεμὼν φρονήσεως* et * Aristot. Eth. Nic. 6, 5. Ut supra p. 12, ita hic quoque e Platone locum fluxisse multo veri similius est. E Gorg. p. 483 C: *αἰσχρὸν καὶ ἄδικον τὸ πλεονεκτεῖν* fluxit ep. 248: *τῶν μὲν γὰρ οὐκ αἰσχυνομένων ἐστὶν ἐθέλειν πλεονεκτεῖν,* et e Rep. 2 p. 366 A: *τὰ δ' ἐξ ἀδικίας κέρδη ἀπωσόμεθα · ἄδικοι δὲ κερδανοῦμεν.* sententia ep. 366 explicata: *κέρδος ἄδικον βλάβην ἡγούμενος.*

In eo, quod de iuvenum animo et indole profert Lib. or. 59 (t. 4, 227, 14—17), memor fuit, ut vocabulo *ἀμετάστατος* probatur, sententiae Reip. 2 p. 378 D sq: *ἃ ἂν τηλικοῦτος* (h. e. *νέος) ὢν λάβῃ ἐν ταῖς δόξαις, δυσέκνιπτά τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι.* A Socrate Athenienses vituperatos esse, quod adulescentium educationem neglegerent, exponit Lib. decl. 1 (t. 5, 85, 16—86, 8), quam sententiam e Clitophonte (p. 407 A sq) deprompsisse rhetorem observavit Markowskius p. 76 sq[2]. — Poetarum carmina ediscenda pueris data esse testantur Plato Prot. p. 325 E: *οἱ δὲ διδάσκαλοι.. ἀναγιγνώσκειν ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα καὶ ἐκμανθάνειν ἀναγκάζουσιν* et [Isocr.] or. 1, 51, cf. or. 2, 42 sq[3]. Eadem leguntur ap. Lib. decl. 1 (t. 5, 81, 7 sqq). Libanius, quod scribit decl. 1 (t. 5, 61, 10 sq): *σοφοὺς καὶ γενναίους καὶ θείους .. καλεῖ* (sc. *Σωκράτης τοὺς ποιητάς),* memor fuit locorum Reip. 1 p. 331 E: *σοφὸς γὰρ καὶ θεῖος ἀνήρ* (Simonides) et l. 2 p. 363 A: *ὁ γενναῖος Ἡσίοδός τε καὶ Ὅμηρος.* — Sin autem discipuli quicquam discere noluerunt vel non potuerunt, ipsis discipulis, non magistro culpa tribuenda est: hanc sententiam a Platone (Gorg. p. 457 C) et ab Isocrate (or. 15, 252) explicatam Libanius decl. 1 (t. 5, 95, 13 sqq et 96, 15—97, 2) profert, ut observavit Markowskius p. 138, neque vero cum alterutro fonte similitudo quaedam

---

[1]) Ut observavit Mark. p. 83. [2]) Probat id Foerster in addend. p. 567. [3]) Hos locos cum Libanio comparat Mark. p. 137 sq.

verborum intercedit. Socratem cives suos ad ipsorum salutem laesisse elucet ex Apol. p. 41 E: *ταὐτὰ ταῦτα λυποῦντες, ἅπερ ἐγὼ ὑμᾶς ἐλύπουν,* quam rem suam fecit Lib. decl. 1 (t. 5, 111, 15)[1]. Similiter mendaciis alios fallere medicis principibusque civitatum solis licere Socrates docebat. Huius sententiae testes sunt Plato *Rep. 3 p. 389 B: *εἰ .. ψεῦδος ἀνθρώποις .. χρήσιμον ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει, δῆλον, ὅτι τό γε τοιοῦτον ἰατροῖς δοτέον* et *τοῖς ἄρχουσι δὴ τῆς πόλεως προσήκει ψεύδεσθαι . . . ἐπ' ὠφελείᾳ τῆς πόλεως* (eadem repetit l. 5 p. 459 C) et Xenophon *Mem. 4, 2, 17. Apud hunc res est de homine aegro, quem fallere medico liceat, apud Platonem inde ad principem amplificata est mentiendi permissio. Non Xenophontem, immo vero Platonem sequitur Lib. ep. 121 Acacio data: *ἐψεύσω μέν, ἀλλ' ὁ παῖς σοι τῷ ψεύδει γεγένηται βελτίων. τῷ δὲ τοιούτῳ ψεύδει κἂν τῇ Πλάτωνος πόλει χώραν ὁρῶμεν οὖσαν* et sequ.: *οὐδὲ γὰρ εἰ Μαχάων ἦν παρὰ τῷ πατρί.* Quia hunc locum certe e Platone deprompsit Lib., veri simile fit inde fluxisse etiam locos decl. 1 (t. 5, 72, 4 sq) et decl. 47 (t. 7, 603, 17 sq). Denique ad hunc locum spectant verba apolog. Socratis Libanianae p. 71, 18—72, 1[2]. His locis propinqua est sententia ibid. p. 111, 15—18 explicata, quibus cum locis comparat Prot. p. 340 E: *εἰμί τις γελοῖος ἰατρός* et Hipp. min. p. 372 E: *μεῖζόν με ἀγαθὸν ἐργάσει ἀμαθίας παύσας τὴν ψυχὴν ἢ νόσου τὸ σῶμα* Markowskius p. 143. Sententiam eandem exprimunt Libanius ep. 1018: *λύπην .., ἣν καὶ τοῖς σφόδρα λόγων ἐπιθυμοῦσιν ὁρῶμεν ἐμποδὼν γιγνομένην* et Plato Rep. 10 p. 604 C, quo loco cavendum esse exponit, ne terreamur rebus adversis: *τούτῳ ἐμποδὼν γιγνόμενον τὸ λυπεῖσθαι.* Pro similitudine verborum alterum locum ex altero fluxisse statuere licet.

Varias denique Platonis sententias a Libanio usurpatas affero: or. 62 (t. 4, 354, 8 sqq)[3] citat *Rep. 8 p. 551 A: *ἀσκεῖται δὴ τὸ ἀεὶ τιμώμενον, ἀμελεῖται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον*[4]. Ut verborum similitudine evincitur, etiam locus or. 18 (t. 2, 304, 8 sqq) inde fluxit: amplicavit paululum Platonis locum membrorumque ordinem mutavit.

Socratis praeceptum, quod Plato affert Crit. p. 49 D, ut aliis[5] ita Libanio placuit, qui ep. 1138 ad Ulpianum data: *οὐ γὰρ οὕτω,* inquit, *τὸ ἀμύνασθαι ὡς τὸ παρὸν ἀμύνασθαι μὴ βουληθῆναι θαυμάζεται.*

---

1) Mark. p. 81. 2) Mark. p. 49, 1. 3) Ante Foersterum legebatur e libris: *ποῦ Πλάτων;* cuius quaestionis tenebras vel Reiskius Anim. V p. 402 illustrare frustra conatus est. 4) Quem locum saepius exscripsit Themistius, ex. gr. or. 1 p. 54 d (cf. Gladis. p. 35), or. 15 p. 195 d; vid. Pohlschm. p. 14. 5) Quam sententiam Celsus in suum usum vertit, ut elucet ex Origen. c. Cels. 7, 371 p. 90 Lomm

Haud dissimilis est sententia ep. 167 prolata: *συνηχθέσθην οὖν ἐκείνῳ μὲν ὡς παθόντι κακῶς, σοὶ δ' ὡς ποιήσαντι. Πλάτων δέ γέ σοι μᾶλλον ἂν ἔφησεν ἢ 'κείνῳ συνάχθεσθαι.* Recte Wolfius remittit ad * Gorg. p. 472 E. Eundem Platonis locum etiam ep. 1442 respexit: *φίλον ... οὐ περιεῖδες πάσχοντα κακῶς ὑπὸ τῶν τοῦτο μᾶλλον ἢ εὖ ποιεῖν βουλομένων. καίτοι τοῦτο μέν ἐστιν, ὥς που τις ἔφη, θεοῖς ἐοικότων*[1], *ἐκεῖνο δὲ κτλ* .. Immo vero: *δίκαιόν ἐστι τοὺς εὖ ποιήσαντας ἀντευπεπονθέναι* (arg. or. Dem. 19, t. 8, 635, 3 sq); cf. or. 57, t. 4, 168, 12 sq. Quam sententiam e * Gorg. p. 520 E deprompsit. Denique, quod veniam dare aliis commendat Plato Phaedr. p. 269 B: *οὐ χρὴ χαλεπαίνειν, ἀλλὰ συγγιγνώσκειν*, huius loci meminit decl. 48 (t. 7, 613, 4 sq), nisi forte aliunde hanc Pittaci sententiam (*συγγνώμη τιμωρίας κρείσσων*, cf. Schmidium in Christ. hist. litt. Gr. I p. 195) noverat. — Voluntate potentiam inferiorem esse explicat Lib. decl. 44 (t. 7, 505, 8 sqq) similemque sententiam exprimit decl. 23 (t. 6, 380, 6 sq). Alludit ad proverbium a Socrate * Hipp. mai. p. 301 C allatum, in quo per iocum haec sententia in contrariam conversa est: *τοιαῦτα, ὦ Ἱππία, τὰ ἡμέτερά ἐστιν, οὐχ οἷα βούλεταί τις, φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι, ἀλλ' οἷα δύναται*[2]. Rep. 5 p. 450 B: *μέτρον ... τοιούτων λόγων ἀκούειν ὅλος ὁ βίος νοῦν ἔχουσιν* Plato profert. Hanc, ni fallor, sententiam exscribit Lib. ep. 475: *ἐγὼ δέ σε ᾔδειν εἰδότα μέτρα τῶν λόγων εἶναι τὰ πράγματα.*

Sententiam eam invidiam ei ipsi, qui invideat, maximum ferre damnum exponunt[3] Plato * Leg. 9 p. 870 C: *φιλοτίμου ψυχῆς ἕξις φθόνους ἐντίκτουσα χαλεποὺς ξυνοίκους μάλιστα μὲν αὐτῷ τῷ κεκτημένῳ τὸν φθόνον, κτλ.* et Isocr. * Euag. p. 190 B: *ὁ φθόνος, ᾧ τοῦτο μόνον ἀγαθὸν πρόσεστιν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσίν ἐστιν.* Huc praeterea spectant cum * Menandri versus (IV 235, 12 M. = III 162, 540 K.):

σὲ δὲ τὸ κάκιστον τῶν κακῶν πάντων φθόνος
φθισικὸν πεποίηκε καὶ ποιήσει καὶ ποιεῖ,

tum Philemonis locus (IV 50, 43 M. = II 519, 131 K.):

ὁ φθόνος ἐν ἑαυτῷ τοῦθ' ἓν ἐπιεικῶς ποιεῖ·
*τὸν * αἱρετιστὴν ὄντα τῶν αὐτοῦ τρόπων*
λυμαίνεται μάλιστα διὰ παντὸς συνών.

Eandem sententiam praedicat Libanius or. 25 (t. 2, 546, 12—15) et or. 59 (t. 4, 226, 3—6.) E similitudine quadam verborum inter

---

[1]) Wolfius Pythagorae hoc dictum tribuit. [2]) Huius proverbii vim explicat Suid. p. 464 Bekk.: *ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.* [3]) Eandem sententiam reddit Pindarus P. 11, 54 sq: *φθονεροὶ δ' ἀμύνονται ἄτᾳ*, ubi v. schol.: *ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις καλοῖς λυπούμενοι διαφθείρονται τηκόμενοι.*

Libanii locum priorem et Isocratem intercedente hinc rhetorum hausisse hanc sententiam colligere fortasse licet[1].

Ad sententiam de invidia decl. 29 (t. 6, 603, 3—6) explicatam accedunt loci * Dionys. com. (III 555, 3 M. = II 428, 1 K.):

ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον

et * Menex. p. 242 A: *ἦλθεν ἐπ' αὐτήν, ὃ δὴ φιλεῖ ἐκ τῶν ἀνθρώπων τοῖς εὖ πράττουσι προσπίπτειν, πρῶτον μὲν ζῆλος, ἀπὸ ζήλου δὲ φθόνος.* At illa de deorum invidia sententia tritior est, quam ut Platoni vel omnino auctori certo tribuatur: legitur enim post Aesch. Pers. 362 sq:

οὐ ξυνεὶς δόλον
Ἕλληνος ἀνδρὸς οὐδὲ τὸν θεῶν φθόνον

apud Pind. I. 7, 55. Her. 1, 32. * 3, 40. 7, 10. 46. Eur. Alc. 1135 saep.[2]. E Platone igitur hanc sententiam fluxisse nullo indicio probatur, immo vero poetae alicuius vestigia premere videtur; cf. Menand. (IV 252, 63 M. = III 179, 590 K.): *ὦ μεταβολαῖς χαίρουσα παντοίαις τύχη,* monost. 482, Philem. (IV 35, 7 M. = II 506, 92 K.): *ἀεὶ τὸ πλουτεῖν συμφορὰς πολλὰς ἔχει, / φθόνον τ' κτλ.*[3].

De pupillorum condicione tristissima ut alii ita Plato Crit. p. 45 D (cf. Phaed. p. 116 A) verba facit; Libanius quoque hanc rem tangit or. 34 (t. 3, 192, 13 sq.). At gravissime irasci deos eis, qui illis nocuerint, explicat Plato Leg. 11 cap. 8 (imprimis p. 927 B): *νεμεσῶσί τε μάλιστα τοῖς εἰς ὀρφανὰ καὶ ἔρημα ὑβρίζουσι,* quo cum loco comparo ep. 1100: *ὥσπερ γὰρ οἱ τοὺς τοιούτους* (sc. *ὀρφανούς*) *ἀδικοῦντες μᾶλλον ἢ οἱ τοὺς ἄλλους μισοῦνται, οὕτως κτλ.*

Auxilium inter se ferre oportere homines vicinos dicit Plato Leg. 5 p. 737 D: *ὁπόσοι τοὺς προσχώρους ἀδικοῦντάς τε αὐτοὺς ἀμύνασθαι δυνατοὺς καὶ γείτοσιν ἑαυτῶν ἀδικουμένοις βοηθῆσαι μὴ παντάπασιν ἀπόρως δύναιντ' ἄν.* Hanc sententiam Libanium ep. 724 (s. init.) suam fecisse veri simile est: *ταυτὶ .. ἀγαθῶν γειτόνων ἐπικουρεῖν ἐν ταῖς ἀτυχίαις τοῖς πλησίον οἰκοῦσι.* Longius iam distant a Platone loci Libanii ep. 807: *δεῖ γὰρ ἐν ταῖς συγγενείαις τοὺς εὖ πράττοντας τοῖς κακοῖς βοηθεῖν* et Iuliani or. 3 p. 116 C.

Quod ep. 393 Libanius dicit: *αὐτὸς ὢν καὶ ῥήτωρ δεινὸς καὶ ἀνὴρ χρηστός,* sententiam hanc deprompsit e * Gorg. p. 508 C: utrumque enim semper coniunctum esse vult Plato, cuius locus etiam Quintiliano (2, 15, 28) placuit. — Scriptores eorum, quos in libris suis tractant, nomina immortalia reddere explicant a Minoe rege

[1]) Cetera huius sententiae testimonia collegit Foerster (d. Meergoetter d. Mantegna), Jahrb. d. Kgl. preuss. Kunstslg. 23, 210 not. 1. [2]) Meuss, d. sogen. Neid d. Götter b. Herodot, Progr. Ritterak. Liegn. 1888. [3]) Cf. etiam Luc. am. 25: *τῶν μειζόνων ἀγαθῶν ἡμῖν ὁ βάσκανος δαίμων ἐνεμέσησεν.*

exemplum repetentes Plato Min. p. 320 E et Libanius decl. 1 (t. 5, 116, 14—17), quos locos cohaerere observavit Markowskius p. 142. Hunc pro malis Atheniensibus illatis in theatris ignominia affici disserens (ib. 116, 16—117, 4 et or. 64 (t. 4, 467, 5 sq)) cum Plat. Min. p. 318 E sq consentit (Mark. p. 122 sq). — Ingratum esse vulgus cum Axiocho (p. 369 A): *δῆμος .. ἀχάριστον* consentit Libanius decl. 24 (t. 6, 405, 10 sq) et decl. 48 (t. 7, 638, 17). Denique cum ep. 911: *μέγα μὲν ἀγαθὸν ἰατρὸς ἀγαθὸς πόλει* confero Remp. 3 p. 408 C: *ἆρ' οὐκ ἀγαθοὺς δεῖ ἐν τῇ πόλει κεκτῆσθαι ἰατρούς*[1];

6. De daemonio.

De daemonio Libanius loquitur or. 19 (t. 2, 399, 12—400, 1), or. 17 (t. 2, 214, 12), decl. 2 (t. 5, 147, 6 sq), denique ethop. 6 (t. 8, 388, 5), decl. 46 (t. 7, 572, 4)[2] (v. modo decl. 29 (t. 6, 603, 4 sq)): de voce illa interiore et scientia praemonente, quae homines regit vel potius monet, Plato, qui de illa aliter iudicat atque Xenophon[3], disputat:

* Ap. p. 40 A: *ἐμοὶ δὲ οὔτε ἐξιόντι ἕωθεν οἴκοθεν ἠναντιώθη τὸ τοῦ θεοῦ σημεῖον οὔτε ἡνίκα ἀνέβαινον ἐνταυθοῖ ... οὔτ' ἐν τῷ λόγῳ οὐδαμοῦ μέλλοντί τι ἐρεῖν*, cf. p. 31 C sq (∾ * Theag. p. 128 D).

* Phaedr. p. 242 B sq: *ἡνίκ' ἔμελλον ... τὸ δαιμόνιόν τε καὶ [τὸ] εἰωθὸς σημεῖόν μοι γίγνεσθαι ἐγένετο — ἀεὶ δέ με ἐπίσχει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν — καί τινα φωνὴν ἔδοξα αὐτόθεν ἀκοῦσαι, ἥ με οὐκ ἐᾷ ἀπιέναι, πρὶν ἂν ἀφοσιώσωμαι ὥς τι ἡμαρτηκότα εἰς τὸ θεῖον*[4].

cf. Xen. ap. 4: *ἐναντιοῦταί μοι τὸ δαιμόνιον* et Mem. 4, 8, 5: *ἠναντιώθη τὸ δαιμόνιον*. Loci or. 19 ad Apol. p. 40 A, ethop. 6 ad Phaedrum, locus or. 17 ad Xenophontem spectare videntur, sed nihil certi statui potest.

De Phaed. p. 107 D: *ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει* admonet locus or. 18 (t. 2, 240, 14): *τοῦτον δὲ ὁ λαχὼν δαίμων ἐκίνει*. Auctor Axiochi dialogi bonos malosque daemones secernit; cf. p. 371 C: *ὅσοις μὲν οὖν ἐν τῷ ζῆν δαίμων ἀγαθὸς ἐπέπνευσεν*. Similiter Lib. decl. 46 (t. 7, 558, 1): *πονηρὸς δαίμων* dicit, sed huius opinionis testis extat iam Homerus ε 396: *στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων*[5]. Ceteris

---

[1]) Nullius momenti sunt loci hi: Rep. 3 p. 389 B ∾ Lib. ep. 910: *τὴν δ' ἀλήθειαν τιμῶν* et Leg. 9 p. 862 D ∾ ep. 1394: *μισεῖν ἀδικίαν*. [2]) Hoc loco utitur auctor narrat. 10 (t. 8, 41, 4). [3]) Ut exponunt Breitenbachius in edit. Xen. Memor. Berol. 1870 introd. p. 24 c. ann. et in excursu, qui de daemonio inscribitur, p 27—37, et Ueberw.-Heinz.-Praechter p. 102 sq. [4]) Vix huc pertinet * Crat. p. 398 A sqq, quo loco de daemonum nomine quaestio est. [5]) * [Luc.] asin. 19, [Lib.] decl. 45 (t. 7, 532, 4), * Greg. Cypr. Ath. defens. t. VI 81, 17 F.

locis, quibus hos commemorat Lib.: decl. 42 (t. 7, 409, 12 sq), decl. 46 (t. 7, 552, 12), loc. comm. 5 (t. 8, 205, 11 sq), ep. 206, 978, 1107, 1216, Platonem certe secutus non est, sed fortasse pendet e doctrina Neoplatonicorum. Cum his deos daemonesque componere videtur decl. 50 (t. 7, 708, 6. 714, 21), ethop. 8 (t. 8, 391, 10) saep. — Quod autem Iesum, ad quem spectat or. 18 (t. 2, 314, 1 sq), *θεόν τε καὶ θεοῦ παῖδα* vocat, definitionem daemonum a Socrate Apol. p. 27 D datam: *τοὺς δὲ δαίμονας . . ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα ἢ θεῶν παῖδας* respicere videtur.

7. De morte.

Denique venio ad Libanii de morte sententias, quarum maximam partem e Phaedone vel ex Apologia deprompsit.

Socrates enim * Phaed. p. 67 B mortem cum itinere comparat: *ἥ γε ἀποδημία ἡ νῦν μοι προστεταγμένη.* Id Libanius in suum usum vertit laudat. 6 (t. 8, 260, 14 sq). Eundem Platonis locum vel Apol. p. 41 A: *φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία*[1] imitatur decl. 1 (t. 5, 112, 7 sq). De definitione mortis a Socrate * Phaed. p. 67 D data: *οὐκοῦν . . . θάνατος . . . λύσις . . . ψυχῆς ἀπὸ σώματος;* monet flosculus or. 59 (t. 4, 281, 12).

Homines autem vere philosophos per totam vitam parare mortem Socrates saepius apud Platonem exponit: * Phaed. p. 67 D: *τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτό ἐστι τῶν φιλοσόφων, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος* et * E: *οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι*[2]. Eandem sententiam pluries usurpavit Libanius: decl. 29 (t. 6, 605, 15—606, 1), ib. p. 609, 11 sq, or. 23 (t. 2, 504, 10 sqq), denique decl. 1 (t. 5, 144, 19—145, 1). Similis est sententia Libanii decl. 2 (t. 5, 144, 16 sqq) prolata, cf. imprimis: *εἴτε σώματος εἴτε σήματος χρὴ λέγειν.* Doctrinam corpus sepulcrum animi esse philosophi Pythagorei profitebantur et ipsi Orphicos secuti, cf. Philol. apud Clem. Alex. Strom. 3, 17: *ἁ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σάματι τούτῳ τέθαπται* (fr. 14 ap. Diels. Vors. I² 244). Hanc Plato suam fecit cum * Crat. p. 400 B sq de corpore locutus: *καὶ γάρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς* tum * Gorg. p. 493 A: *τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα* ad Philolaum relegans[3]. Libanii vero annominatio proxime ad Gorgiae locum accedit.

Mortem non malum, immo vero summum bonum esse Socrates affirmat et * Apol. p. 40 E et * Phaed. p. 63 C, quas sententias

---

[1]) Mark. p. 83. [2]) Hanc sententiam, quae placuit Stob. flor. 8, 21, etiam Iulianus or. 6 p. 190 C suam fecit. [3]) De hac doctrina vid. Gerckium ad Gorg. l. l. et Praechterum in Ueberw. hist. phil. Graec. p. 51. 147.

suas fecit Lib. decl. 1 (t. 5, 110, 16 sq) et ep. 606: *οὐδὲν γὰρ δεινὸν φιλοσόφοις ἐκλυθῆναι σώματος, μέγιστον μὲν οὖν ἀγαθόν*[1]; priore loco etiam Rep. 3 p. 387 D respexit: *τὸ τεθνάναι οὐ δεινὸν ἡγήσεται.* Eandem sententiam exprimit decl. 1 p. 15, 8 sq; similis est etiam Phaed. p. 67 D[3]. — Idem spectare videtur Libanii ep. 1320: *ἀτεχνῶς ἔτι ζῶντες τεθνήκαμεν,* quae verba simillima sunt Gorgiae p. 492 E, quo loco Euripidis versus[2] explicat Plato:

τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;

καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τεθνήκαμεν. Sed num cum hisce Platonis sententiis cohaereant loci or. 15 (t. 2, 142, 1): *ζωὴ πολλάκις πικροτέρα τελευτῆς* et decl. 42 (t. 7, 421, 17 sq): *ζωὴ θανάτου πικροτέρα καὶ θάνατος ζωῆς ἡδίων, ὅταν ἀπαλλαγὴν αἰσχύνης ὁ θάνατος φέρῃ,* valde dubito.

Mortis metu Socratem vacasse, cuius rei apud Platonem testimonia permulta extant, saepius in apologia Socratis Libaniana mentio fit[3]: p. 15, 7 sq, quo cum loco comparat Markowskius p. 82 Apol. p. 28 B: *οὐ καλῶς . . . οἴει δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τοῦ ζῆν ἢ τεθνάναι* (cf. * Apol. 28 E sq. 40 C. * Phaed. 64 sq. Xen. ap. 23), p. 15, 18—16, 1: *Σωκράτει . . φόβος οὐδεὶς τῆς τελευτῆς,* cui loco similes sunt * Apol. p. 28 E sq: *φοβηθεὶς . . θάνατον . . λίποιμι τὴν τάξιν* et * 38 D sq. Minus apte Markowskius afferre videtur Gorg. p. 522 E: *ῥᾳδίως ἴδοις ἄν με φέροντα τὸν θάνατον.* Denique comparo p. 112, 6 sq cum Phaed. p. 63 E: *φαίνεται . . . ἀνὴρ τῷ ὄντι ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψας τὸν βίον θαρρεῖν μέλλων ἀποθανεῖσθαι.*

Decl. 2 p. 141, 16 sq[4] vel * Xen. ap. 1. 9. 23. 33, vel Phaed. p. 63 C (v. p. 10) vel, id quod malim, p. 85 A: *μέλλουσι παρὰ τὸν θεὸν ἀπιέναι*[5] in animo habuit. Factum esse potest, ut Lib. decl. 2 (t. 5, 144, 18 sq) memor fuerit Phaed. p. 113 D: *οἱ τετελευτηκότες . . διεδικάσαντο οἵ τε καλῶς καὶ ὁσίως βιώσαντες καὶ οἱ μή.* Quod deinde de iudicibus mortuorum[6] disserit decl. 2 (t. 5, 145, 5 sq), in eo

---

[1]) Ex harum sententiarum consensu, quibus temporibus decl. 1 conscripta sit, conclusit Mark. p. 168. [2]) Haec verba e Polyid. et e Phrix. fabula Eur. afferuntur; cf. Trag. Gr. Fr. 638. 833 N². Euripidis locum ipsum in animo habere non videtur Libanius. Cf. etiam Geffcken., Kaiser Iulian (= Erbe d. Alten, 8.), 1914 p. 169: „Themistius, Libanius, Iulianus zeigen keine Spur einer selbständigen Lektüre der uns verlorenen Stücke (sc. des Eurip.).“ [3]) Mark. p. 83. [4]) Mark. p. 141. [5]) Meiser. Ber. Bayr. Ak., phil.-hist. Cl. 1910 nr. 6 p. 25. [6]) Ethop. 14 (t. 8, 405, 15): *ὁ μὲν* (sc. *Αἰακὸς*) *ἐκ Διὸς χειροτονίαν ἐδέξατο* ad * Gorg. p. 523 E sq, quo loco tribus de inferorum iudicibus res est, Libanium alludere non habemus, cur ponamus, quia hi aliunde satis noti erant.

* Phaed. p. 82 B sq sequitur. Minoa iudicem inferorum esse, id quod Lib. or. 7 (t. 1, 375, 1 sqq) et laud. 6 (t. 8, 257, 20 sq) refert, ex * Hom. λ 568 tritissimum est, ut non sit, cur ad Apol. p. 41 A locos Libanii referamus. At propius ad hunc locum accedit decl. 50 (t. 7, 726, 10); dicit enim Plato: *εἰ γάρ τις ἀφικόμενος εἰς Ἅιδου .. εὑρήσει τοὺς ἀληθῶς δικαστάς.* Homines iustos praemiis maximis ornari Lib. tangit decl. 1 p. 110, 18, explicat p. 111, 4 sqq et laud. 6 (t. 8, 260, 14 sqq): eadem exponit Plato Phaed. p. 68 C et p. 114 C: *ἄνευ τε σωμάτων ζῶσι τὸ παράπαν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον καὶ εἰς οἰκήσεις ἔτι τούτων καλλίους ἀφικνοῦνται,* sed cum inter verba ipsa similitudo nulla intercedat, Libanium non tam Platonem quam opinionem communem secutum esse censeo. Eadem de ceteris locis iudico, quibus Libanius de bonorum hominum apud inferos vita disserit: ep. 195: *οἶδεν οὔσας τοῖς γε δικαίοις ὑπὸ γῆς οὐ μικρὰς εὐφροσύνας,* ep. 878 fin., ep. 221, cf. Axioch. p. 371 sq, Phaed. p. 68 sq, 107 D sq, Ep. 2 p. 311 C. Similiter ep. 1453 de mortuo quodam dicit: *ζῇ γὰρ καὶ πολὺ βελτίω ζωὴν καὶ μετὰ βελτιόνων*: id de Apol. p. 41 A sqq monere videtur, quo loco Socrates eos enumerat, quos apud inferos inventurum se esse sperat. Quem locum certe decl. 1 (t. 5, 110, 19 sq) ante oculos habuit. Plato enim dicit Ap. p. 41 A: *Ὀρφεῖ συγγενέσθαι καὶ... Ὁμήρῳ ἐπὶ πόσῳ ἄν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν;* et *ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει κτλ.* — Cum Axioch. p. 371 C, quo loco auctor de pratis inferorum disputat, ep. 822 cohaerere potest: *ἐν λειμῶσιν εὔχομαι τοῖς ἐκεῖ διατρίβειν.* — De malorum poenis loquitur Lib. laud. 6 (t. 8, 260, 11—14) et decl. 2 (t. 5, 145, 10 sq) fortasse memor Phaedonis p. 108 B, 113 B.

Flumina inferorum commemorat decl. 2 (p. 145, 12): *Κωκυτοὶ καὶ Πυριφλεγέθοντες* et decl. 14 (t. 6, 107, 20—108, 1). Respicit his verbis Hom. κ 513 sq. Eadem flumina coniungit non solum * Plato Phaed. p. 114 A, sed etiam * [Luc.] de luct. 3. Factum esse potest, ut Libanius, qui cum [Luciano] horum nomina pluralia affert, huius loci memor fuerit, sed nihil certi statuere licet, quia alia quoque huius usus exempla inveniuntur, ex. gr. Exc. Strab. 1, 22: *οἷον Κωκυτούς, Ἀχέροντας, Πυριφλεγέθοντας, Στύγας*[1]. Quod loco decl. 14 pergit: *εἰς τούτους . . . ἐμπεσῇ τοὺς ποταμούς,* * Phaedonis meminit. — Mortis horam omnibus constitutam eodem ambo vocabulo significant, Plat. Phaed. p. 115 A: *ὅταν ἡ εἱμαρμένη καλῇ* et Lib. decl. 2 (t. 5, 145, 3 sq). Decl. 32 (t. 7, 72, 15 sq) ad animorum post mortem ab aliis ad alios transitionem alludit; Pytha-

[1]) Meiser p. 26.

gorae doctrinam sequi videtur, quam Plato quoque Phaed. p. 82 A sq, Rep. 6 p. 498 D suam fecit.

Nonnullis deinde locis cum Platone congruens Lib. quaerit, num mortui sensus habeant: Apol. enim p. 40 C legitur: *ἢ γὰρ οἷον μηδὲν εἶναι μηδ' αἴσθησιν μηδεμίαν μηδενὸς ἔχειν τὸν τεθνεῶτα, ἢ ... μεταβολή τις* (cf. p. 25) *τυγχάνει οὖσα καὶ μετοίκησις τῇ ψυχῇ τοῦ τόπου τοῦ ἐνθάδε εἰς ἄλλον τόπον.* Priorem sententiam Martem dicentem fingit Lib. decl. 8 (t. 5, 440, 11 sq) eandemque profert decl. 36 (t. 7, 213, 19 sq), confirm. 2 (t. 8, 147, 13 sq), altera obversatur Libanio decl. 9 (t. 5, 472, 6) et decl. 1 p. 15, 11[1]. Hanc quaestionem tangit Plato Menex. p. 248 B: *εἴ τις ἔστι τοῖς τετελευτηκόσιν αἴσθησις τῶν ζώντων* ... Hoc loco usus dubitantes fingit Lib. Orestem decl. 6 (t. 5, 404, 10 sqq) nec non Neoclem decl. 9 (t. 5, 483, 14 sq). Neque vero usquam Libanius, quid ipse de hac re iudicet, dicit.

Caput II.

Libanius qua ratione dialogorum condiciones atque res suas fecerit.

A. De argumentis opusculorum e Platone petitis.

Nunc, qua ratione dialogorum condiciones atque res usurpaverit, tractaturus primum quidem pauca loquar de argumentis opusculorum, quae e Platone Libanius deprompsit.

Declamationis primae argumentum non e Platone, sed e Polycrate arcessitum esse post Cobetum demonstravit Markowskius, qui in disponendis argumentis Libanium artis rhetoricae praecepta secutum esse probavit (p. 150—168). Meskius[2] e Libanii apologia operis Polycratei dispositionem enucleare conatus est. Inde, quod similitudo quaedam in dispositione argumentorum Xenophontis et Libanii intercedit, Polycratem ipsum artem quandam secutum esse colligere licet.

Declamationis secundae argumentum: *κωλύουσι Σωκράτην ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλέγεσθαι καὶ ἀντιλέγει τις* respicere visum est ad * Xen. Mem. 1, 2, 32 sq: *καλέσαντε ὅ τε Κριτίας ὅ τε Χαρικλῆς τὸν Σωκράτη .. καὶ τοῖς νέοις ἀπειπέτην μὴ διαλέγεσθαι,* cf. * 4, 4, 2, sed cum is de

[1]) Meiser p. 10. [2]) Wiener Stud. 32, 1910, 56—84.

Socrate nondum in carcerem iacto agat, verisimile est Libanium simul verba Phaedonis p. 58 C in animo habuisse: ἢ οὐκ εἴων οἱ ἄρχοντες παρεῖναι, ἀλλ' ἔρημος ἐτελεύτα φίλων[1];

Quod in decl. 14 filium intercidisse dicitur Callaeschrus, id fictum est; nam in proelio apud Munychiam facto eum cecidisse testis est Xen. Hell. 2, 4, 19[2]. Critiam autem Callaeschri filium esse e Charm. p. 153 C et e Prot. p. 316 A noverat[3]. — De decl. 33 arg. et corona oleagina ibi commemorata v. p. 17. — Legem eam, quae est de abdicatione filii, ad argum. declam. 23, 27, 33, 46, 47, 48 fingenda adhibuit. Sed e Platone haec argumenta fluxisse statui nequit[4]. — In declamationis 38 argumento affert: νόμον κελεύοντα τοὺς μοιχοὺς ἀκρίτους ἀποκτιννύναι κτλ. (t. 7, p. 260) eiusdemque legis etiam in decl. 39 arg. (t. 7, 291) mentio fit. Vid. p. 16.

Nullius momenti est decl. 5 inscr. (t. 5, p. 287) vocabulis ἐν Λιταῖς aeque atque * Crat. p. 428 C nonum Iliadis Homericae librum significari.

B. Quid de dialogorum personis e Platone noverit Libanius.

Res est:

1. De Socrate.

Socratem quanti Libanius aestimaverit, inde cognoscitur, quod apologiam eius composuit, etiamsi fortasse hac in re rhetorum traditionem secutus est. Nonnullis locis ex. gr. ep. 18, ep. 1551 s. init., chria 2 (t. 8, 81, 1—9), or. 53 (t. 4, 65, 8 sqq) (§ 20 sqq), imprimis p. 66, 20 sqq)[6], decl. 9 (t. 5, 473, 10-21) similiter atque Gregor. Nyss. III 36 B. 89 A saep.[5] Socratis rationem dialecticam suam fecit, et praecipue imagines et exempla, quae Socratem adamavisse e Platone et Xenophonte colligitur, e vita nautarum et agricolarum et medicorum depromptas explicat ex. gr. ep. 227. Ad Socratis rationem, qui litteris ipse nihil mandaverat[7], spectat ep. 1076: οὐκ ἀπὸ βιβλίων . ., ἀλλὰ τὸν Σωκράτους τρόπον. Laus summa est, quod scribit ep. 1115: γράμματα σά, ἃ Σωκράτην τινὰ μηνύει παρὰ σοὶ διατρίβοντα καὶ τῷ ὄντι βλέπων εἰς Σωκράτην ἐπέστελλες. Ut Socrates Platonem[8], ita Libanius Socratem cycnum vocat decl. 2 (t. 5, 141, 1). Lusciniam eum appellat decl. 1 (t. 5, 115, 9) et 2 (p. 141, 1 sq) adductus versibus Palamedis fabulae Euri-

---

1) Id observavit Markowskius p. 90 ann. 1. 2) Meyer, G. d. A. V 38. 3) Cf. infra B 2. 4) Vid. supra p. 16. 5) Gronav. p. 29 sq. 6) Cf. Schmidium p. 808 ann. 1. 7) Epistulae, quae eius feruntur, genuinae non sunt, cf. Schmidium in hist. litt. Gr. I[6] p. 653. 8) Diog. L. 3, 7, cf. Salzm. p. 82.

pideae[1], denique *τὸ τῆς Ἀττικῆς ἄνθος* decl. 1 (t. 5, 115, 13). Quod autem mortem Socratis a sycophantis adductam cum Orpheo a Libethriis dilacerato componit, mythum illum sequitur, quem de Orpheo profert Lucianus adv. ind. 11 (d. 2 t. 5, 141, 22, cf. decl. 1 p. 119, 13—120, 11)[2]. Tanti igitur aestimat Socratem. — Cum Sileno Socrates comparatur a Platone * Conv. p. 216 D: *τὸ σχῆμα αὐτοῦ .. οὐ σειληνῶδες*[3]; p. 221 D, quo loco iterum de Socrate dicit Alcibiades: *.. ἀπεικάζοι τις αὐτὸν .. τοῖς .. σειληνοῖς*, a Xenophonte Conv. 5, 7 et 4, 19, quo loco scholii instar additur: *ὁ δὲ Σωκράτης καὶ ἐτύγχανε προσεμφερὴς τούτοις ὤν.* Ex his locis apparet Socratem iam ab aequalibus cum Silenis collocatum esse. Hanc comparationem recepit Lib. decl. 12 (t. 5, 550, 5—8).

Omnia fere, quae Libanius de Socrate narrat, decl. 1 et 2 explicat. Ortum esse Socratem e demo Atheniensium Alopeca e Gorg. p. 495 D in decl. 1 (t. 5, 38, 2) recepit Libanius[4]. Quae de Sophronisco patre et de Phaenareta matre decl. 1 p. 29, 4—7 dicit, ex * Euthyd. p. 297 E sq vel * Theaet. p. 149 A vel Alc. 1 p. 131 E fieri poterat, ut hauriret, etiamsi in Euthydemo[5] alluditur tantum ad patris officium. Paupertatis Socratis testes primi sunt * Plat. Apol. p. 23 C, 31 C, * Xen. Mem. 1, 2, 1. Oecon. 11, 3. Libanius eius mentionem facit decl. 1 p. 87, 7. 110, 10. 111, 7: hanc rem eum his e fontibus deprompsisse veri similius est quam e diatribarum auctoribus[6]. Socratem pecuniae quaestum voluptatesque omnes neglexisse ex * Apol. p. 36 B noverat: *ἀμελήσας, ὧνπερ οἱ πολλοί, χρηματισμοῦ τε καὶ οἰκονομίας καὶ στρατηγιῶν καὶ δημηγοριῶν κτλ.* Recte cum his locis comparat Markowskius p. 70 sq decl. 1 p. 22, 6 sq et p. 111, 8 sq. In eo, quod ib. p. 21, 7 sq de Socratis educatione narratur: *τραφεὶς ἐν τοῖς ἡμετέροις νόμοις,* Libanius respexit Crit. p. 50 D, quo loco Plato leges loquentes fingit: *οὐ πρῶτον μέν σε ἐγεννήσαμεν ἡμεῖς;* et *.. νόμοις .. τοῖς περὶ τὴν τοῦ γενομένου τροφήν τε καὶ παιδείαν, ἐν ᾗ καὶ σὺ ἐπαιδεύθης*[7]*;*

De suis eloquentiae magistris Socrates * Menex. p. 236 A loquitur maxime idoneum se esse exponens, qui apud cives contionetur, quippe qui magistros habuerit Aspasiam: *καὶ Κόννον γε τὸν Μητροβίου* et sit *μουσικὴν .. ὑπὸ Λάμπρου παιδευθείς.* Hos duos nominat Lib. or. 64 (t. 4, 478, 11 sq), Lamprum decl. 1 (t. 5, 63, 9). Aspasiam Socrates * Menex. p. 235 A artis rhetoricae

---

1) Fr. 588, 2 N.² cf. Diog. L. 2, 44, Salzm. p. 82, Mark. p. 88 sq. 2) Ut observavit Meiser p. 25. 3) Totum Platonis locum exscripsit Iulianus or. 6 p. 187 A. 4) Diog. L. 2, 40. Mark. p. 67. 5) Mark. p. 67. 6) Aliter iudicat Mark. p. 67 sq. 7) Paulo aliter censet Mark. p. 68.

magistram sibi fuisse confitetur: ἥπερ καὶ τοὺς ἄλλους καὶ ἀγαθοὺς πεποίηκε ῥήτορας. Inde eam cum Socrate collocat * Lucianus cum salt. 25 tum imag. 17: τὴν δὲ ἐκ τῆς Μιλήτου ἐκείνην Ἀσπασίαν. Diotima autem occurrit * Conv. p. 201 D: ἤκουσα inquit Socrates γυναικὸς Μαντινικῆς Διοτίμας, ἣ ταῦτά τε σοφὴ ἦν καὶ τὰ ἄλλα πολλά. Duas has feminas auctores posteriores coniungere adamavisse perspicitur e Luciano, qui brevi post Aspasiam affert Diotimam (imag. 18), et ex * Aristid. orat. pro IV viris habita (2, 171, 6 Dind.). Libanius quoque ambas nominat decl. 12 (t. 5, 556, 8—11). Quod Diotimam τὴν σοφήν appellat, id e Platone deprompsit; Lucianum vel eius fontem respexisse videtur, cum Aspasiam τὴν ἐκ Μιλήτου vocat.

Proeliis Socratem apud Potidaeam, Amphipolim, Delium factis interfuisse ipse enarrat * Apol. p. 28 E. Praeterea de pugnis apud Potidaeam et Delium commissis sunt * Conv. p. 219 E, 221 A, de proelio Deliaco * Lach. p. 181 B, de Potidaeensi Charm. p. 153 A[1]. Horum nominum in vita Socratis gravissimorum mentionem facit Lib. decl. 1 (t. 5, 87, 13 sqq), ut inertiae crimen refellat. Virtus autem bellica Socratis copiose describitur Lach l. l. eamque praedicat disertissime Alcibiades Conv. p. 220 B sqq de proelio Potidaeensi, tangit p. 221 A de fuga Deliaca locutus. His locis a Markowskio p. 68 allatis addo * Conv. p. 220 A: πρὸς δ' αὖ τὰς τοῦ χειμῶνος καρτερήσας — δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες et p. 219 E, quo loco Socrates cum Aiace ferro invulnerabili comparatur. Ad fortitudinem Socratis apud Potidaeam demonstratam spectant verba decl. 1 p. 87, 15—88, 3, quae singulis vocabulis de Convivio admonent.

Munere senatorio Socratem functum esse Libanius e Platone noverat, ut observavit Markowskius p. 69 sq, qui comparat cum Gorg. p. 473 E decl. 1 p. 39, 10 sqq, cum Axioch. p. 368 E p. 120, 12 sqq[2]. Idem locum eum, quo Libanius ad Socratem post pugnam apud Arginusas factam prytanim spectat (decl. 2 p. 134, 2—5), non tam ad * Xen. Mem. 1, 1, 18 quam ad Apol. p. 32 B referendum esse demonstravit (p. 70). Socratem triginta tyrannis obstitisse, cum ei mandarent, ut Leontem Salaminium moriturum arcesseret, narratur Apol. p. 32 C sq. Huius rei a multis auctoribus tractatae[3] mentionem facit Lib. decl. 1 p. 120, 10 et decl. 2 p. 136, 14 sqq. Ad hos locos fortasse alludit decl. 2 p. 128, 20 sq: τοῖς μὲν τυράννοις καὶ ταῖς ὀλιγαρχίαις ἀντιπαραταξάμενος.

---

[1]) Diog. L. 2, 22 sq. [2]) Praeterea de hac re sunt * Xen. Mem. 1, 1, 18. Hell. 1, 6, 29. 7, 15. * Diog. L. 2, 24. [3]) * Ep. 7 p. 324 E sq. * Andoc. de myst. 94. * Xen. Mem. 4, 4, 3. Hell. 2, 3, 39. * Dio Chrys. II p. 191, 10. * [Socr.] ep. 7, 1. * Diog. L. 2, 24.

Aliter atque sophistae Socrates pecuniam e docendo non fecit: huius rei fons primus est Plato Apol. p. 19 D. Non hunc locum, sed * Xen. Mem. 1, 2, 60: *οὐδένα πώποτε μισθὸν τῆς συνουσίας ἐπράξατο* in animo habuit Libanius, ut congruentia verborum evincitur, decl. 2 p. 128, 22 indeque fluxisse verisimile fit verba ep. 234: *τὸν Σωκράτην ἐν μέσοις μιμησάμενος κέρδεσιν* et locum decl. 1 p. 23, 1 sq. — Ullius se hominis magistrum fuisse compluribus locis Platonis et Xenophontis negat Socrates (* Apol. p. 19 D. 31 C. 33 A sq. * Xen. Mem. 1, 2, 3. 5. 60. 1, 6, 11): ad hos spectare Libanium decl. 1 p. 22, 18—23, 1. 79, 14 sq. 95, 12 sq. 99, 8. 23, 1 sq observavit Markowskius p. 79 sq.

Homines maiores colloquiis excludere Socratem Polycrates attulerat. Sed iam apud Platonem legitur * Ap. p. 30 A: *ταῦτα καὶ νεωτέρῳ καὶ πρεσβυτέρῳ, ὅτῳ ἂν ἐντυγχάνω, ποιήσω* et *περιέρχομαι .. πείθων ὑμῶν καὶ νεωτέρους καὶ πρεσβυτέρους.* Hunc locum respicit Lib. p. 79, 3—6. Ceterum ideo adulescentes magis quam maiores natu Socratis familiaritate uti, quod illis plus otii sit quam his, d. 1 p. 80, 8—12 exponens consentit cum * Apol. p. 23 C[1].

Inter loca ea, quibus cum adulescentibus colloquebatur[2] Socrates, Lyceum vocatur a Libanio decl. 1 p. 24, 11. 31,9. 40,5. 44,6. 98,19: hunc locum novit ex * Euth. p. 2 A: *τὰς ἐν Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβάς,* * Euthyd. p. 271 A, * Lys. p. 203 A, * Conv. p. 223 D. — Palaestras quoque frequentabat; quarum Taureae[3], in qua Socrates Potidaea reversus primum collocutus[4] sit, sub init. Charm. p. * 153 A sq commemoratur. Quem Platonis locum * Lucianus Paras. 43 suum fecit, qui Delio redeuntem inducit Socratem. Libanius or. 18 (t. 2, 303, 7—10) huius loci condicionem suam fecit Platonem arte secutus (v. C 1) et ex eodem fonte fluxit locus decl. 12 (t. 5, 547, 3 sq). Ad palaestras alludit Lib. decl. 1 p. 24, 10: *περινόστει τὰς παλαίστρας*[5], p. 56, 16 sq, cf. Charm. p. 155 D: *οἱ ἐν τῇ παλαίστρᾳ ἅπαντες.* — Inter porticus maxime in ea, quae regia vocabatur, commoratum esse Socratem cognoscitur ex * Euth. p. 2 A: *διατρίβεις περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν* et * Theaet. p. 210 D. Ad hanc spectant verba decl. 2 (t. 5, 139, 8) et decl. 1 p. 35, 3 sq. Ceteris e porticibus (p. 139, 7 sq) *τὴν τοῦ Διὸς τοῦ ἐλευθερίου στοάν* noverat e Theag. p. 121 A, Eryx. p. 392 A, Xen. Oec. 7, 1. Complura loca alia nominat Lib. decl. 2 p. 139, 10 sq *οὐκ ἐν Ἀγάθωνος* * Conv. p. 174 A, *οὐκ ἐν Καλλίου* * Prot. p. 311 A respiciens, *οὐκ ἐν Ἄμμωνος* — hunc si Hipponicum

1) Mark. p. 87. 2) Mark. p. 74 sq. 3) Nusquam alibi eius mentio fit. 4) Idem iudicat Mark. p. 173. 5) Haec verba fluxerunt ex Ar. Pac. 761.

esse teste Heraclide Pont. apud Athen. 12 p. 537 A cum Markowskio p. 173 ann. 1 ponimus, in re Libanius Platonem Prot. p. 315 D respexisse videtur de Prodico narrantem: *ἦν δὲ ἐν οἰκήματί τινι, ᾧ πρὸ τοῦ μὲν ὡς ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος —, οὐκ ἐν Πειραιεῖ*: innuit* Rep. 1 p. 327 A, 328 C. Pergens lin. 12 sq: *οὐχ ὑπὲρ Ἰλισσὸν ὑπὸ τῇ πλατάνῳ τῇ καλῇ, ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οἱ τέττιγες ᾄσονται* (cf. p. 130, 2) spectat ad * Phaedri p. 229 A, 230 B sq, 258 E; denique affert (lin. 13 sq): *οὐκ ἐν Ποτιδαίᾳ Σωκράτης, οὐκ ἐπὶ Δηλίῳ* et (lin. 9 sq): *οὐκ ἐν τοῖς δικαστηρίοις*. Priores quidem loci ex errore[1] Libanii evenisse videntur; tertium contradicere locis, quibus rerum iudiciariarum imperitum esse Socratem cum Platone congruit, colligendum non est, dummodo ponamus Libanium loca prope iudicia sita ab hominibus frequentata in animo habuisse. — Convivia sermonibus ornanda esse decl. 1 p. 56, 7 sq dicens * Plat. Conv. p. 176 E et * Xen. Conv. 3, 2 sequitur, minime vero Plutarch. quaest. conv. VIII p. 717 A[2]. Quod dicit in conviviis de poetis potissimum colloquendum esse (decl. 1 p. 56, 8 sqq), id ex auctore eo deprompsit, quem Plato Prot. p. 347 C impugnat; haec enim vituperat Plato: *δοκεῖ . . τὸ περὶ ποιήσεως διαλέγεσθαι ὁμοιότατον εἶναι τοῖς συμποσίοις τῶν φαύλων καὶ ἀγοραίων ἀνθρώπων*[3]. Socratem de iisdem rebus eadem semper dixisse tradunt cum Xen. Mem. 4, 4, 6: *οὐ μόνον ἀεὶ ταὐτὰ λέγω, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν* tum Plat. Gorg. p. 490 E: *ἀεὶ ταὐτὰ λέγεις . . καὶ περὶ τῶν αὐτῶν*. Hanc sententiam inde deprompsit Lib. decl. 1 (t. 5, 30, 14 sq)[4]. Non docere, sed et ipse discere studuit Socrates: Euth. p. 5 C: *μαθητὴς ἐπιθυμῶ γενέσθαι σός* et Apol. p. 22 B: *ἵν' ἅμα τι καὶ μανθάνοιμι παρ' αὐτῶν*. Idem profert Libanius decl. 1 p. 79, 15 sqq[5]. Ep. 566: *τὸ Σωκράτους μιμούμενος νομίζων ἁπάσῃ ἡλικίᾳ πρέπειν τῶν καλῶν τι μανθάνειν* eandem sententiam tangit. Deinde ep. 382 et ep. 1124 de Socrate locutus memor est verborum eius Amat. p. 133 C: *Σόλων γάρ που εἶπε · γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος*[6] *· καὶ ἐμοὶ δοκεῖ*. Eiusdem Solonis dicti meminit Lach. p. 188 B, 189 A, Rep. 7 p. 536 D. Quia Socrati hanc sententiam Libanius tribuit, hos eum in animo habuisse locos Platonis verisimile est. Quae cum ita sint, factum esse potest, ut Socratis illud etiam locis his innuat: ep. 1535: *ἡγεῖτο γὰρ τὸ ὀψὲ μαθεῖν, ἃ δεῖ, τοῦ μὴ μανθάνειν ἄμεινον*, ep. 1212: *ὅσῳ κρεῖττον ὀψιμαθὴς ἀμαθοῦς*[7].

---

1) Idem iudicat Markowskius p. 173. 2) Mark. p. 134 sq. 3) Mark. p. 135. 4) Markowskius p. 72, qui praeterea comparat Gorg. p. 509 A, Conv. p. 221 E. 5) Mark. p. 75. 6) Schol. ad h. l.: *παροιμία · εἵλκυσται μέντοι ἐκ τῶν Σόλωνος ἐλεγείων*. Testimonia omnia collegit Bergkius P L G II[4] 47 nr. 18. 7) Wolfius relegat ad Sext. Emp. adv. math. 6, 13.

Sapientissimum omnium hominum Socratem ab oraculo Delphico vocatum esse ita pervulgatum est[1], ut ad Apolog. p. 21 A hanc rem saepius a Libanio commemoratam referre non liceat[2], praesertim cum verba oraculi ipsa rhetor noverit. Quae affert schol. Plat. l. l.: ἀνδρῶν δ' ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος. Decl. 2 p. 141, 4 sq autem idem versus repetitur et similia inveniuntur or. 64 (t. 4, 431, 13 sq), decl. 1 (p. 69, 9 sq, p. 117, 9 et 15 sq), ep. 382, ep. 1077: Λυκοῦργος μὲν γὰρ καὶ Σωκράτης τοῖς ἐκ Δελφῶν χρησμοῖς ἐκοσμήθησαν.

Iam breviter locos eos compono, quibus de Socratis lite et morte res est. Accusatores vocantur οἱ ἀμφὶ Ἄνυτον Apol. p. 18 B, similiter οἱ περὶ Ἄνυτον Isocr. or. 11 arg. et Lib. ep. 606. Nominat eos decl. 1 (t. 5, 14, 11 sqq et 115, 19—116, 1) et alludit ad eos decl. 2 p. 141, 10; noverat eos[3] ex * Apol. p. 23 E: Μέλητός μοι ἐπέθετο καὶ Ἄνυτος καὶ Λύκων et * p. 36 A. — Inter crimina, quae Polycrates Socrati obiecerat, fuit inertes Socratem adulescentes reddere; cf. decl. 1 p. 84, 18. Quod refutat Plato * Gorg. p. 515 E sq. Pag. 71, 5 sqq agitur de crimine illo Socratem ad violandos laedendosque parentes adulescentes inducere. Hoc Plato * Gorg. p. 522 B refellit. Sed de locis, qui quidem cum Polycratis accusatione cohaereant, fusius Markowskius disputavit. — Apologiae Platonis locos plurimos in apologia sua repetivit, multorum praeterea condiciones aliis in operibus imitatus est. Decl. 1 p. 16, 14 sq imitatur Socratis verba sub initium Apologiae dicta (p. 17 A): ἐψεύσαντο . . ὡς χρῆν ὑμᾶς εὐλαβεῖσθαι . . ὡς δεινοῦ ὄντος λέγειν[4]. — Quod deinde Socrates petit * p. 17 B sq, 27 B (cf. * Xen. Mem. 4, 4, 4), ut aequo iustoque animo iudices ipsum audiant, repetit Lib. p. 16, 2 sq. Neque enim verbis artificiose positis se uti posse affirmat * Apol. p. 17 C: ἐὰν διὰ τῶν αὐτῶν λόγων ἀκούητέ μου ἀπολογουμένου, δι' ὧνπερ εἴωθα λέγειν καὶ ἐν ἀγορᾷ . . καὶ ἄλλοθι. Hunc locum imitatur p. 16, 13 sq[5]. Paulo post dicit (p. * 17 D) se nunc primum ad iudices loqui: ἔτη γεγονὼς[6] ἑβδομήκοντα. Eadem amicus Socratis, qui apologiam Libanianam proferens cogitandus est, exponit p. 33, 1 sq[7]. Verba Libanii p. 39, 11 sq: τὴν τῶν δικανικῶν ἀγώνων ἀπειρίαν potius quam ad Gorg. p. 473 E:

---

1) Testimonia plurima congesserunt Benseler in Papii lex. nom. propr. Graec. s. v. Σωκράτης et Markowskius p. 80 ann. 2. 2) Aliter ad Platonem huiusmodi locum Themistii (or. 13 p. 161 c) refert Pohlschmidtius p. 40. Eandem rem Iulianus narrat or. 2 p. 79 A. 3) Idem iudicat Markowskius p. 98 sq. 4) In Libanii contextu illud οὐκ recte delevit Roggius. 5) Mark. p. 81. 6) πλείω addit unus cod. T; at lectionem supra datam tuetur Crit. p. 52 E. 7) Mark. p. 81.

οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν[1] spectare censeam ad Apol. p. 17 D: ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως, ad quem eundum locum etiam verba p. 16, 8 sq referuntur. Ut Socrates in Xenophontis apol. et Plat. Ap. p. 17 D, 20 E, 21 A, 27 B, 30 C, ita etiam defensor eius apud Lib. p. 120, 15 a iudicibus petit, ut sileant. Pag. 17, 1 sq et 8 sq aeque atque * Plat. Ap. p. 18 C sq, 23 E duo accusatorum genera discernuntur[2]. Verbis enim Platonis (p. 18 C): οἱ ταύτην τὴν φήμην κατασκεδάσαντες respondent verba p. 17, 1 sq. Similia decl. 2 p. 127, 6 leguntur[3], et Libanius, ni fallor, p. 129, 14 sqq: ἐκράτησαν οἱ διὰ τοὺς ἔτι τῶν λόγων ἐλέγχους φθονήσαντες Σωκράτει ad eundem locum Platonis alludit. Quae decl. 1 p. 19, 6—10 et 51, 15 de Socrate ab Aristophane in Nubibus irriso refert, cum ex hac comoedia ipsa tum ex * Apol. p. 19 C noverat[4]. Pag. 22, 9—14, si non, id quod malo, singulis in rebus Aristophanem sequitur (ad τὸν ἥλιον cf. Nub. 225, ad περὶ τῆς σελήνης v. 171, ad ἀστραπαί v. 265, 395, ad τί τὸ βροντᾶν ποιοῦν v. 374), magis quam * Plat. Apol. p. 19 C: ὧν ἐγὼ οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν ἐπαΐω in animo habuisse videtur * Xen. Mem. 1, 1, 11: οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως . . διελέγετο σκοπῶν, ὅπως ὁ . . κόσμος ἔφυ καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται τῶν οὐρανίων, ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας . . ἀπεδείκνυεν[5]. Socrates huius rei testes iudices ipsos vocat Ap. p. 19 C: μάρτυρας δ' αὐτοὺς ὑμῶν [τοὺς] πολλοὺς παρέχομαι: idem facit Libanius p. 70, 5. Eum verbis p. 23, 2: ὁ μιαρὸς σοφιστής Euenum Parium * Apol. p. 20 B sq commemoratum significare observavit Markowskius p. 105. Socratem iurantem deos testes non vocasse elucet non solum ex * Ap. p. 21 E: νὴ τὸν κύνα c. schol., sed etiam ex Ar. Nub. 248 sq et 627: μὰ τὴν Ἀναπνοήν, μὰ τὸ Χάος, μὰ τὸν Ἀέρα. Hanc rem tangit Lib. p. 74, 13 sq. Ad Apol. p. 21 D sq: ἀπηχθόμην πολλοῖς[6] spectant Libanii verba p. 25, 11 sq. Idem p. 111, 10 sq reddit Apol. p. 23 B: περιιὼν ζητῶ καὶ ἐρευνῶ[7]. Cum p. 24, 9 et 113, 17 sq recte * Apol. p. 31 B: ἑκάστῳ προσιόντα ὥσπερ πατέρα confert Markowskius p. 74. Verbis p. 23, 4 sqq Libanius sententiam eam repetit, quam * Apol. p. 23 B Socrates explicat: καὶ ὑπὸ ταύτης τῆς ἀσχολίας οὔτε τι τῶν τῆς πόλεως πρᾶξαί μοι σχολὴ γέγονεν ἄξιον λόγου οὔτε τῶν οἰκείων; cf. * p. 38 B sq. Ad Ap. p. 23 C: Σωκράτης τίς ἐστι μιαρώτατος spectant verba Libanii p. 17, 7[8]. Quod accusatoribus Socrates Apol. p. 23 D obicit eius rei, quam se scire simulent, ignaros se esse: τὰ . . ἀληθῆ . . οὐκ ἂν

1) Id vult Markowskius p. 69. 2) Mark. p. 81 sq. 3) Mark. p. 82. 4) Mark. p. 104 sq. 5) * Diog. L. 2, 21. Mark. p. 72 sq. 6) Mark. p. 81. 7) Mark. p. 74 ann. 1. 8) Mark. p. 81.

ἐθέλοιεν λέγειν, ὅτι κατάδηλοι γίγνονται προσποιούμενοι μὲν εἰδέναι, εἰδότες δὲ οὐδέν, imitatus est Libanius p. 17, 3 sq.

Verbis: ἃ δὴ καὶ τούτοις ἔδωκε θαρρῆσαι τὴν γραφὴν ἀπενεγκεῖν (p. 17, 8 sq) a priore genere accusatorum Lib. ad alterum transit, aeque atque Plato Ap. p. 23 E[1]. Apol. p. 24 C—26 A imitatur p. 32, 15 sqq, quo loco in iudicio colloquium cum accusatore habet, hic cum Anyto, ille cum Meleto; ambo ironice adversarium suum τὸν φιλόπολιν vocant (Ap. p. 24 B ~ p. 32, 15)[2]. Ad id, quod * p. 24 C demonstraturum se esse Socrates promiserat: ἀδικεῖν .. Μέλητον, .. περὶ πραγμάτων προσποιούμενον σπουδάζειν, .. ὧν οὐδὲν τούτῳ πώποτε ἐμέλησεν, spectat * p. 25 C et * 26 A sq. Eodem modo Lib. p. 29, 15—18 (cf. p. 30, 3) remittit ad p. 20, 11—14. Cum Socrates Meletum redarguisset, hic dixit Apol. p. 24 D: σιγᾷς καὶ οὐκ ἔχεις εἰπεῖν. Hunc locum Libanius imitatur p. 33, 7 sqq[3]. Structuram deinde enuntiatorum Apol. p. 25 A: πολλήν γ' ἐμοῦ κατέγνωκας δυστυχίαν suam fecit Libanius cum p. 78, 9 sq tum p. 118, 2 sq[4]. Accusatorem sibi non constare evincit Socrates * p. 27 A: φαίνεται τὰ ἐναντία λέγειν αὐτὸς ἑαυτῷ: eandem sententiam profert defensor Libanianus p. 68, 21[5]. Aliter agere Socratem atque ceteros omnes exponens p. 21, 10 verbotenus sequitur * Plat. Ap. p. 29 B: διαφέρω τῶν πολλῶν ἀνθρώπων et p. 34 E. Quoad vivat, unquam se desiturum esse veritati studere negat Socrates * p. 29 D: οὐ μὴ παύσωμαι φιλοσοφῶν. Huc pertinent Libanii verba p. 30, 13 sq[6]. Quod Socr. profert p. 30 D: πολλοῦ δέω ἐγὼ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀπολογεῖσθαι, ὥς τις ἂν οἴοιτο, ἀλλὰ ὑπὲρ ὑμῶν, repetit defensor Socratis benevolentiam iudicum appetens p. 15, 4 sqq[7]. Ibidem p. 77, 16—78, 1 Apol. p. 31 B sq memor est: τἆλλα πάντα ἀναισχύντως οὕτως κατηγοροῦντες[8].

Socrates, si adulescentes corrupisset propinquosque offendisset, hos ipsum accusaturos fuisse exponit p. 33 D: τῶν οἰκείων τινὰς τῶν ἐκείνων, πατέρας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἄλλους τοὺς προσήκοντας, εἴπερ ὑπ' ἐμοῦ τι κακὸν ἐπεπόνθεσαν αὐτῶν οἱ οἰκεῖοι, νῦν μεμνῆσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι (sc. ἐχρῆν). Eodem argumento utitur Lib. p. 71, 5 sqq[9]. Apol. * p. 34 A sq: εὑρήσετε .. πάντας ἐμοὶ βοηθεῖν ἑτοίμους τῷ διαφθείροντι, τῷ κακὰ ἐργαζομένῳ τοὺς οἰκείους αὐτῶν et: οἱ διεφθαρμένοι τάχ' ἂν λόγον ἔχοιεν βοηθοῦντες, respexit p. 41, 9 sq

---

1) Mark. p. 82. 2) Markowskius p. 99, Meiser p. 11. 3) Mark. p. 85 sq. 4) Nullius momenti videtur esse ambos in apologiis suis ὦ τάν appellatione uti, quia haec etiam alibi apud Platonem (Ep. 3 p. 319 E) et apud Ar. Nub. 1267, Av. 12, Lys. 1178, Plut. 377 et apud Demosthenem in usu est, cf. Mark. p. 144. 5) Mark. p. 86 sq. 6) Mark. p. 72. 7) Mark. p. 82. 8) Ut observavit Meiser p. 18. 9) Mark. p. 87. Cf. p. 34.

nec non decl. 2 p. 138, 11 sq. Morem reorum uxore liberisque productis et lacrimis precibusque clementiam iudicum implorandi commemorat Plato * Apol. p. 34 C sq, 38 D sq[1]. Ad hanc rem Libanius, ut alibi saepius, ita etiam decl. 1 alludit p. 15, 12 sqq, p. 112, 5 sqq. Talia auxilia Socrates sprevit (p. 34 E), quia indigna ea putabat: *πρὸς . . δόξαν καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν καὶ ὅλῃ τῇ πόλει.* Hanc sententiam repetit Lib. p. 112, 9—12, p. 129, 17 sq. Immo vero iudices monet ne officii sui obliviscantur Apol. p. 35 C: *οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ κάθηται ὁ δικαστής, ἐπὶ τῷ καταχαρίζεσθαι τὰ δίκαια, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κρίνειν ταῦτα*: hanc sententiam Libanius quoque usurpavit p. 18, 6—10. Quod Plato pergit: *ὀμώμοκεν οὐ χαριεῖσθαι,* comparandus est locus Lib. p. 18, 16 sq. Verba Platonis sequentia: *δικάσειν κατὰ τοὺς νόμους* sua fecit p. 14, 18 — 15, 4, 48, 4 sqq, 110, 12 sq, 111, 1 sqq.

Socrates postquam noxius iudicatus est, Apol. p. 36 B dicit: *τιμᾶται . . μοι ὁ ἀνὴρ θανάτου.* De his verbis monet locus decl. 2 p. 133, 5 sq. Utilissima rei publicae studia sua fuisse Socrates profert Apol. p. 36 C: *ἐνταῦθα μὲν οὐκ ᾖα, οἷ ἐλθὼν μήτε ὑμῖν μήτε ἐμαυτῷ ἔμελλον μηδὲν ὄφελος εἶναι, ἐπὶ δὲ τὸ ἰδίᾳ ἕκαστον ἰὼν εὐεργετεῖν τὴν μεγίστην εὐεργεσίαν* breviusque Xen. Mem. 1, 2, 61: *Σωκράτης . . κόσμον τῇ πόλει παρεῖχε.* Platonem[2] vel Xenophontem in animo habet Lib. p. 65, 17 sq. Similiter *εὐεργέτην* se vocat Apol. p. 36 D: *ἀνδρὶ πένητι εὐεργέτῃ* (cf. Xen. ap. 26: *εὐεργέτουν . . τοὺς ἐμοὶ διαλεγομένους).* Platonis vocabulum usurpat defensor Libanianus p. 89, 12 sqq[3]. Loci autem illius (p. 37 A), quo dignissimum se esse profitetur Socrates, qui in prytaneo publice alatur, id quod eum ad iudices locutum esse veri dissimile est[4], ne in apologia quidem Libanii mentio fit, legitur vero decl. 15 (t. 6, 123, 7 sqq)[5]. Socrate capitis damnato a rei sermonibus et vituperationibus se liberatum iri iudices sperant: hac in re congruunt Plato Ap. p. 37 C sq: *ὑμεῖς . . οὐχ οἷοί τε ἐγένεσθε ἐνεγκεῖν . . τοὺς λόγους, ἀλλ' ὑμῖν βαρύτεραι γεγόνασι καὶ ἐπιφθονώτεραι, ὥστε ζητεῖτε αὐτῶν νυνὶ ἀπαλλαγῆναι* (cf. p. 39 C) et Libanius, qui priorem locum imitatur p. 19, 3 sq et 113, 11 sq[6].

Verbis iis, quae, postquam capitis damnatus est, ad iudices facit * p. 38 C, respondet decl. 2 p. 129, 8 sq[7]. Decl. 1 p. 15, 18 sq spectat Libanius ad verba p. 38 C: *εἰ οὖν περιεμείνατε ὀλίγον χρόνον κτλ.* Socrates iudices monet ne iudicio iniusto inimicos sibi parent * Apol. p. 38 C: *ἕξετε . . αἰτίαν ὑπὸ τῶν βουλομένων τὴν πόλιν*

---

1) Mark. p. 84. 2) Id ponit Markowskius p. 86. 3) Mark. p. 79. 4) Ut exponit Menzel., Unters. z. Sokr.-Prozess, Ber. Wien. Ak., phil.-hist. Cl. 145, 1902 p. 56 sq. 5) Dictio similis est loco * Dinarch. or. 1, 1. 6) Mark. p. 85. 7) Quare Meiser p. 23 ad Ap. p. 37 A releget, non intellego.

λοιδορεῖν (cf. p. 39 C); id respicit cum decl. 2 p. 128, 4 sq tum decl. 1 p. 42, 11 sqq[1], p. 43, 4 sqq, p. 115, 6—10, 117, 4 sqq, 116, 9 sq. Pag. 114, 6 sqq alludit ad paenitentiam[2], quae post Socratis mortem Atheniensibus accidit, ut vaticinatur Socrates Apol. p. 39 C, refert Diog. L. 2, 43. Idem legitur decl. 2 p. 129, 11—14. Ad vaticinium ipsum alludit p. 140, 19 sq. Denique Libanius decl. 2 p. 141, 7 verba Socratis p. 41 B respicit: εἴ τις .. διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνηκεν[3].

Ex iis, quae de Socratis vita in Critone narrantur, pauca tantum recepit Libanius. Crito enim * p. 45 B sq Socrati summopere persuadere conatur, ut Athenis aut in Thessaliam aut Thebas aut Megara (*p. 53 B, cf. etiam p. 53 D—54 A) fugiat. Paululum amplificavit hos locos decl. 2 p. 143, 2 sq, 5 sqq, p. 131, 18—132, 5[4]. Ceterum Socratem a tribus tyrannis invitatum esse Libanius refert decl. 1 (t. 5, 109, 6 sqq, cf. lin. 13 sq). Archelaus nominatur * Theag. p. 124 D et * Gorg. p. 470 D, Scopas * Prot. p. 339 A, sed cum his locis invitationis mentio non fiat, ut inde Libanius eius cognitionem peteret, factum esse non potest, sed eodem fonte usus est, quo Diog. L. 2, 25, ut observavit Markowskius p. 107 sq.

Decl. 2 p. 146, 14 sq de Critonis condicione * p. 43 D cogitat, quo loco de navi Delo redeunte dicitur: ἥξει τήμερον. Eiusdem Phaed. p. 58 A sq mentio fit: pridie enim eius diei, quo in iudicio Socrates damnatus est, hanc coronatam esse exponit Phaed. p. 58 C: ἐπειδὰν ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος στέψῃ τὴν πρύμναν τοῦ πλοίου. Platonis verba repetit Lib. decl. 1 p. 119, 9 sq[5]. Priusquam autem navis redisset, quemquam publice interfici lege vetitum fuisse testes sunt Phaed. p. 58 B et Xen. Mem. 4, 8, 2: hos secutus est Lib. decl. 2 p. 143, 12—15 et p. 146, 10. Inde, quod Apollini hanc θεωρίαν fieri Plato solus commemorat, hunc, non Xenophontem respexisse Libanium colligere licet[6]. Amicus p. 143, 22 — 144, 1 Socratis silentio quid efficiatur, demonstrans alludit ad Phaed. p. 59 A: ἄτοπόν τί μοι πάθος παρῆν καί τις ἀήθης κρᾶσις ἀπό τε τῆς ἡδονῆς συγκεκραμένη ὁμοῦ καὶ ἀπὸ τῆς λύπης. Phaed. p. 59 D: εἰώθειμεν φοιτᾶν .. παρὰ τὸν Σωκράτη imitatur Libanius decl. 2 p. 128, 8. Pag. 129, 20 * Phaed. p. 59 E: λύουσι .. οἱ ἕνδεκα Σωκράτη καὶ παραγγέλλουσιν, ὅπως ἂν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ τελευτήσῃ, * p. 85 B, p. 116 B sq respexit, fortasse etiam Apol. p. 37 B: τί δεῖ με ζῆν ἐν δεσμωτηρίῳ δουλεύοντα τῇ ἀεὶ καθισταμένῃ ἀρχῇ, τοῖς ἕνδεκα; Decl. 2 (t. 5, 143, 21 sq) * Phaed. p.

1) Mark. p. 86. 2) Mark. p. 88. 3) Idem iudicat Meiser p. 25. 4) Inter εἰς et Βοιωτίαν intercidisse verba ⟨Μέγαρα, οἱ δὲ εἰς⟩ coll. p. 143, 2 coniecit Meiser p. 24. 5) Mark. p. 87. 6) Mark. p. 172.

60 B memor est: ὁ δὲ Σωκράτης ἀνακαθιζόμενος εἰς τὴν κλίνην συνέκαμψέ τε τὸ σκέλος καὶ ἐξέτριψε τῇ χειρί.

Hymnum in Apollinem[1] in carcere Socratem fecisse Phaed. p. 60 D legitur[2]: inde recepit hanc rem Lib. decl. 2 p. 143, 7 sqq. Fabulam illam, quam de cycnis Socrates narrat p. 84 E sq: τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικήν, οἵ, ἐπειδὰν αἴσθωνται, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν, ᾄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖστα καὶ μάλιστα ᾄδουσι[3], suam[4] fecit decl. 2 p. 140, 20 — 141, 1. Socrates paulo post exclamat * Phaed. p. 85 B: ἡγοῦμαι ὁμόδουλός τε εἶναι τῶν κύκνων καὶ ἱερὸς τοῦ αὐτοῦ θεοῦ. Haec quoque verba Libanii plausum tulerunt p. 141, 2 sq. Socratis discipulos relictos cum pupillis comparat Libanius p. 146, 6 sq secutus Phaed. p. 116 A: ἀτεχνῶς .. ὥσπερ πατρὸς στερηθέντες διάξειν ὀρφανοὶ τὸν ἔπειτα βίον[5]. Ad momentum temporis illud, quo Socrates cicutam bibit (* Phaed. p. 117 B sq), spectat Lib. decl. 2 p. 144, 8 sq; Socrates enim quaerit: τί λέγεις .. πρὸς τὸ ἀποσπεῖσαί τινι; et εὔχεσθαί γέ που τοῖς θεοῖς ἔξεστι. Alludit ad hanc Socratis mortem etiam p. 131, 16, praedicat eam p. 144, 4. Sub mortem, cum adulescentes in lacrimas effunderentur, Socrates eos cohortatur (* Phaed. p. 117 D): ἐν εὐφημίᾳ χρὴ τελευτᾶν, ἀλλ' ἡσυχίαν τε ἄγετε καὶ καρτερεῖτε. Huius momenti narrationem imitatur Libanius p. 144, 12 sq[6]. Denique ultimis Socratis verbis a Platone redditis * Phaed. p. 118 A: τῷ Ἀσκληπιῷ ὀφείλομεν ἀλεκτρυόνα· ἀλλ' ἀπόδοτε καὶ μὴ ἀμελήσητε utitur Lib. p. 144, 7 sq.

De Socratis criminibus quid ipse iudicaverit, perspicitur ex ep. 289: οὐδὲ Σωκράτην ἄνδρα θεῖον ἡγούμενος καὶ ἀπέχειν, ὧν ἐνεκάλει Μέλητος, ἀξιώσαιμ' ἂν ἐπαινεῖσθαι . οὐ γὰρ εἴ μέ τινος πείθειν ἐπιχειροῦντος σκότους αἴτιον εἶναι τὸν ἥλιον, μὴ ὑπηγόμην, εἰκότως ἂν ἐδόκουν τῶν ἑπτὰ σοφώτερος.

2. De ceteris dialogorum personis.

Xanthippam, Socratis coniugem, puerosque eius commemorat Lib. decl. 1 p. 112, 5 sq (v. supra p. 37) et decl. 2 p. 135, 13 sq. Ambos coniungens * Plat. Phaed. p. 60 A: κατελαμβάνομεν .. τὴν .. Ξανθίππην .. ἔχουσάν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ sequi videtur[7].

Adulescentium, qui Socratis familiaritate utebantur, nomina enumerantur decl. 2 (t. 5, 138, 8—11). Ex iis Apollodorus redit

[1]) Socratis fr. 2 apud Bergk. P L G II[4] p. 287. [2]) Platonem et ipse sequitur Dio Chrysostomus or. 43 (t. 2, 66, 2). [3]) * Aesch. Ag. 1444 sq. Platonis locum exscripsit Themistius or. 18 p. 223 d; cf. Pohlschmidt. p. 39. [4]) Ut exponit Salzmannus p. 82. [5]) Id observavit Meiser p. 26. [6]) Meiser p. 25 pro ἔσεσθαι (p. 144, 13) coniecit βιοτεύσεσθαι; non vero habemus, cur codicum lectionem relinquamus. [7]) Mark. p. 88.

decl. 1 (t. 5, 29, 10 sq), Crito p. 120, 8, quae verba eadem sunt atque *Apol. p. 33 D sq (Markowskius p. 89). Inter locos, quibus hos Plato nominat, maxime huc spectant Apol. l. l.: *πρῶτον μὲν Κρίτων οὑτοσί.. Κριτοβούλου τοῦδε πατήρ· ἔπειτα Λυσανίας.. Αἰσχίνου τοῦδε πατήρ, ἔτι Ἀντιφῶν.. Ἐπιγένους πατήρ.. καὶ Αἰαντόδωρος, οὗ Ἀπολλόδωρος ὅδε ἀδελφός,* p. 38 B: *Πλάτων δὲ ὅδε.. καὶ Κρίτων καὶ Κριτόβουλος καὶ Ἀπολλόδωρος,* Phaed. p. 117 D, quo loco Crito et Apollodorus collocantur. Apollodorus solus praeterea occurrit Phaed. p. 59 A, Conv. p. 172 A, *173 D. Xen. Mem. 3, 11, 17 collocat: *Ἀπολλόδωρόν τε τόνδε καὶ Ἀντισθένην.. καὶ Κέβητα καὶ Σιμμίαν;* denique Ap. 28[1] et Mem. 1, 2, 48: *Κρίτων τε Σωκράτους ἦν ὁμιλητὴς.. καὶ Ἑρμογένης καὶ Σιμμίας καὶ Κέβης καὶ Φαιδώνδας καὶ ἄλλοι.* Phaedonis nomen e Platonis dialogo novit, sed quod decl. 1 p. 121, 3 sq de eius origine narrat, id inde depromere non poterat[2]. Simmiam et Cebetem una nominant Plat. Crit. p. 45 B, Phaed. p. 59 C, 69 D et Lib. decl. 2 p. 144, 1 sq fortasse memor Phaed. p. 77 C, quo loco de animo disputatur, vel 80 E; cf. p. 84 C, 89 C saep. Hermogenem, Epigenem, Aeschinem, Antisthenem cum aliis enumerat Phaed. p. 59 B. Omnium igitur nomina decl. 2 p. 138, 8—11 allata ex Apologia et Phaedone satis noverat. Decl. 1 p. 100, 9 sqq Platonem, Critonem, Aeschinem, Chaerephontem enumerat. Quos noverat ex Apologia: illos tres e p. 33 E sq, hunc e * p. 20 E[3].

Quaerens, num a saltatoribus solis effeminati fuerint et alii et *Δῆμος, Κλεινίας, Ἀγάθων,* magnum deliciarum catalogum Lib. or. 64 (t. 4, 474, 1) praebet. In hoc concinnando eum lexico quodam vel chrestomathia, qualis erat Helladii Besantinoi, usum esse magis probandum videtur, quam eum nomina hic illic dispersa ipsum congessisse. Itaque a principio non haberemus, cur Demum, Pyrilampi filium Calliclisque delicias, e * Gorg. p. 481 D: *σὺ δὲ (ἐρῶν εἶ) τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου καὶ τοῦ Πυριλάμπους* Libanio notum fuisse statueremus, sed cum eodem Platonis loco (cf. etiam * p. 513 B) alibi (vid. infr. C 4) usus sit, factum esse potest, ut eum hic quoque respiceret. Ceterum pulchritudo Demi ex * Aristoph. Vesp. 98 sq: *υἱὸν Πυριλάμπους,.. Δῆμον καλόν* (cf. Lysistr. 19, 25 sq) in proverbium abiit, ut apparet e glossa Hesychii s. v. *Δῆμος καλός.* — Quod de Cliniae morte significat Libanius decl. 1 (t. 5, 91, 13), id ex Alc. 1 p. 112 C: *ἐν Κορωνείᾳ.. καὶ ὁ σὸς πατὴρ Κλεινίας ἐτελεύτησεν* vel potius ex Isocr.

1) Vid. Kirchneri prosopographiam Atticam I, 102 et Markowskium p. 91.
2) Mark. p. 90 sq. 3) Xen. Mem. 1, 2, 48 ut fontem statuere mavult Markowskius p. 89. Denique cf. Diog. L. 2, 20.

or. 16, 28: *πατὴρ αὐτοῦ μαχόμενος ἐν Κορωνείᾳ τοῖς πολεμίοις ἀπέθανε* hausit[1]. Ad delicias Cliniae spectant * Xen. Conv. 4, 23 magisque * Plat. Euthyd. p. 273 sq. Ad eundem fontem referenda sunt verba decl. 12 (t. 5, 557, 16 sqq). — Pausaniae autem delicias Agathonem fuisse refert Plato * Prot. p. 315 E, Xenophon Conv. 8, 32; de Socrate et Agathone vid. * Conv. p. 193 E sqq. Idem apud Arist. Ran. 83 sq, Thesm. 29 propter delicias suas commemoratur. Quem locum respexerit Lib. or. 64, dici nequit.

Quae de Alcibiadis genere decl. 1 (t. 5, 91, 10 sq), quo loco Alcmaeo et Hipponicus atavi eius laudantur, disputat, ea non ex * Alc. 1 p. 112 C, sed ex Isocr. or. 16, 25 fluxisse observavit Markowskius p. 92. Pulchritudinem eius decl. 1 p. 92, 2 et decl. 12 (t. 5, 556, 7 sq) Libanius praedicat Plat. Prot. p. 309 A et Xen. Mem. 1, 2, 24 imitatus. Socratem Alcibiadis amatorem fingit Plato Prot. l. l.: *πόθεν, ὦ Σώκρατες, φαίνει; ἢ δῆλα δή, ὅτι ἀπὸ κυνηγεσίου τοῦ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδου ὥραν;* Gorg. p. 481 D, Alc. 1 p. 131 C, quo loco Socrates non eum, qui *τοῦ σώματός σου ἐρῶν*, sed qui *τῆς ψυχῆς ἐρῶν* sit, vere Alcibiadem amare exponit, praecipue autem Conv. p. 217 B sqq. Ad hunc locum spectat ep. 1083, qua Ioviano honores tribuit: *παλαιὸν τοῦτό γε καὶ παρὰ Σωκράτει συμβάν. ἤρα γὰρ τοῦ γέροντος τὰ μειράκια,* quamquam haec verba paulo aliter atque apud Platonem intellegenda sunt. Ad Gorgiae locum modo citatum spectat decl. 12 (t. 5, 546, 14–517, 1). — Eam Convivii Platonici partem, in qua Alcibiades ebrius ad Agathonem et Socratem advenit (*p. 212 C sq), in animo habet Timo decl. 12 (t. 5, 545, 10 sqq et 558, 1 sq). — Quod decl. 23 scribit Libanius (t. 6, 389, 9 sq): *πολλοὺς ἴσμεν ἐκ φιλοσοφίας ἐπελθόντας τῷ δήμῳ δημηγορεῖν, ὥσπερ φασὶν ἐκεῖνον Ἀλκιβιάδην,* factum esse potest, ut meminerit Alc. 1 p. 105 D: *ἐλπίδας ἔχεις ἐν τῇ πόλει,* veri similius autem est eum memorem fuisse accusationis Polycratis, qui inde, quod Alcibiades et Critias in rem publicam Atheniensium male se gessissent, Socratem, quocum multo ante consuetudo iis fuerat, adulescentium animos corrumpere contenderat. Hoc argumentum refutat Lib. decl. 1 p. 33, 9 sqq et 90, 17—91, 1, fortasse etiam decl. 2 p. 129, 1 sq: *δύο μὲν φύσεων πονηρῶν ὡς οἷόν τε ἦν κρείττων γενόμενος*[1].

Transeo ad Critiam. De eius atavis legitur * Charm. p. 157 E: *ἥ τε γὰρ πατρῴα ὑμῖν οἰκία ἡ Κριτίου τοῦ Δρωπίδου .. καὶ ὑπὸ Σόλωνος καὶ ὑπ' ἄλλων πολλῶν ποιητῶν ἐγκεκωμιασμένη παραδέδοται ἡμῖν* et p. 155 A: *τοῦτο .. τὸ καλὸν ὑπάρχει ἀπὸ τῆς Σόλωνος συγγενείας,* Critiam-

---

[1]) Mark. p. 92. [2]) Mark. p. 17 sq et p. 173.

que ipsum loquentem facit * Tim. p. 20 D sq: *Σόλων.. ἦν μὲν οὖν οἰκεῖος καὶ σφόδρα φίλος ἡμῖν Δρωπίδου τοῦ προπάππου.. πρὸς δὲ Κριτίαν που τὸν ἡμέτερον πάππον εἶπεν κτλ.* annotatque schol.: *Ἐξηκεστίδης, Σόλων, Δρωπίδης, οὗ Κριτίας ὁ πρῶτος, οὗ Κάλλαισχρος, οὗ Γλαύκων, Κριτίας ὁ δεύτερος, Περικτιόνη, Χαρμίδης, Πλάτων, Γλαύκων, Ἀδείμαντος.* Ad hanc genealogiam[1] pertinent verba Libanii decl. 14 (t. 6, 90, 1 sqq): omnes tres locos Platonis respicere videtur Libanius. Praeterea or. 25 (t. 2, 568,9) Critiam significat: patris autem nomen e Prot. p. 316 A vel e Charm. p. 153 C noverat[2]. — Cum Critias ut unus e triginta tyrannis potestatem magnam adeptus esset, docere eum Socratem vetuisse testantur * Xen. Mem. 1, 2, 32 sq (p. 28; cf. 4, 4, 2, quo loco hanc rem tangit) et * Plat. Apol. p. 32 D: *ἐμὲ γὰρ ἐκείνη ἡ ἀρχὴ οὐκ ἐξέπληξεν οὕτως ἰσχυρὰ οὖσα ὥστε ἄδικόν τι ἐργάσασθαι.* At etiam Plato obiter de hac re loquitur. Itaque fortasse e Xenophonte pendent decl. 1 p. 47, 2 sqq: *Κριτίας δὲ ὁ μαθητής τε καὶ φίλος σιγῆς ἐτιμᾶτο τῷ διδασκάλῳ,* p. 99, 5 sqq, decl. 23 (t. 6, 388, 17 sq), decl. 2 (t. 5, 135, 1—4). — Ad Calliam (vid. p. 32) etiam decl. 12 (t. 5, 546, 7 et 558, 2) spectat Libanius.

3. De sophistis.

Quod Plato * Apol. p. 18 B Socratem dicentem facit: *Σωκράτης σοφὸς ἀνήρ, τά τε μετέωρα φροντιστὴς.. καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῶν,* eos in animo habuit, qui cum sophistis Socratem confundebant. Ad opprobrium prius alludunt Aristoph. Nub. 266: *τῷ φροντιστῇ* et Xenophon cum Mem. 4, 7, 6 et Conv. 7, 2 tum Conv. 6, 6: *σύ, ὦ Σώκρατες, .. ἐδόκεις τῶν μετεώρων φροντιστὴς εἶναι.* Ad hoc dictum Libanius quoque or. 64 (t. 4, 428, 5) spectat: *τοῖς τὰ μετέωρα φροντισταῖς,* quo loco codices duo tantum accusativum in genetivum mutaverunt. Inde apparet non Xenophontis, sed Platonis vestigia Libanium secutum esse[3]. Alterum quoque opprobrium ab Aristoph. Nub. 112—115 indicatum Protagorae[4] formula: *τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν* usus Plato tangit. Id Libanius in animo habet ep. 1084 verbotenus Platonem secutus. Non habemus, cur de Isocr. or. 15, 15: *τοὺς ἥττους λόγους κρείττους δύναμαι ποιεῖν* cum Wolfio cogitemus. Factum autem esse potest, ut Libanius ep. 1322: *τὰ μικρὰ μεγάλα ποιήσαντα* et confirm. 1 (t. 8, 140, 1 sqq) magis Isocr. or. 4, 8: *τά τε*

[1]) Quam in stemma redegit Kirchner, prosop. Att. s. v. *Πλάτων.* [2]) Vid. supra p. 29. Ceterorum auctorum, qui eadem tradunt, opera Libanius non noverat: Philostr. v. soph. 1, 16, Diog. L. 3, 1, Plut. Alc. 33. Athen. 4 p. 184 D. [3]) Id observavit Foerster, mus. Rhen. 32, 95. cf. appar. crit. ad. l. l. [4]) Aristot. rhet. 2, 24. Schanz. Apol p. 10 sq. Schmid. l. l. I 646, 3, Praechter l. l. 88.

μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι[1] quam Platonis memor esset, qui de Sophoclis et Euripidis arte rhetorica talia disserit (Phaedr. p. 268 C): *ἐπίσταται περὶ σμικροῦ πράγματος ῥήσεις παμμήκεις ποιεῖν καὶ περὶ μεγάλου σμικράς.* — Magno pretio eos scholas habere Plato iterum ac saepius affert: Prot. p. 311 D, Polit. p. 298 B, Conv. p. 183 A, denique * Apol. p. 19 E de Gorgia, Prodico, Hippia loquens: *τούτων γὰρ ἕκαστος .. ἰὼν εἰς ἑκάστην τῶν πόλεων τοὺς νέους .. πείθουσι .. σφίσι ξυνεῖναι χρήματα διδόντας.* * Theag. p. 128 A de Prodico, Gorgia, Polo eadem fere verba repetit[2]: eodem modo ad itinera sophistarum alludit Libanius decl. 1 (t. 5, 26, 8 sq). Ideo Plato sophistas haud inepte cum negotiatoribus comparat: * Prot. p. 313 D: *οἱ τὰ μαθήματα περιάγοντες κατὰ τὰς πόλεις .. καὶ καπηλεύοντες* et Soph. p. 231 D: *περὶ ταὐτὰ ταῦτα κάπηλος ἀνεφάνη*[3]. Sic Libanius quoque decl. 2 (t. 5, 138, 18) negotiatores eos vocat et ep. 18 scribit: *ἦν ἐν προσηγορίᾳ φιλοσοφίας κάπηλος,* qua in epistula eum vocabulo *καπηλεύειν* ad Protagoram alludere observavit Astius. Similiter decl. 1 (t. 5, 26, 6) maxime * Euthyd. p. 288 B sq: *τὸν Πρωτέα μιμεῖσθον τὸν .. σοφιστὴν γοητεύοντε ἡμᾶς* respexit, cf. * Prot. p. 315 A, * Soph. p. 235 A, * Crat. p. 384 B, Menex. p. 234 C, Polit. p. 291 C, 303 C[4]. Quantilli sophistas Plato aestimaverit, inde elucet, quod cum ranarum pullis eos comparat * Theaet. p. 161 C: *εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων βατράχου γυρίνου, μὴ ὅτι ἄλλου του ἀνθρώπων.* Eandem comparationem ad rhetores Libanius transfert decl. 26 (t. 6, 533, 14).

Singulorum sophistarum nomina affert Lib. decl. 1 (t. 5, 26, 7 sq, 114, 15 sqq), 2 p. 138, 16 sq. Quos e Prot. p. 314 B sq, quo loco Protagoras, Hippias, Prodicus nominantur, ex Apol. p. 19 E, quo Gorgias, Hippias, Prodicus enumerantur, Thrasymachum denique Polumque e Phaedr. p. 266 C—267 C noverat[5]. Quod praeterea (p. 138, 16 sq) Prodicum *ἀλαζόνα* vocat, Eryx. p. 399 C[6] memor fuit Libanius. Anaxagoram, Protagoram, Diagoram iam a Polycrate allatos esse[7] veri simillimum est. Eos nominat Lib. decl. 1 (t. 5, 102, 13 sq).

C. Dialogorum rerum condiciones imitatur Libanius.

Iam transeo ad locos eos, quibus dialogorum condiciones in suum usum vertit Libanius. Hac in usus ratione vere regnat hic

[1]) Ceterum hunc locum exscripsit auctor epist. 1584. [2]) Soph. p. 231 D addit Markowskius p. 78. [3]) Mark. p. 78 ann. 1. Protagorae locus placuit Luciano Hermot. 59, Themistio or. 21 p. 247 b, 23 p. 299 c, cf. Pohlschm. p. 44. [4]) Mark. p. 78. [5]) Mark. 105. [6]) Quem locum affert Meiser p. 24, qui mire *τὸν ἀλαζόνα* cum *Ἱππίαν* coniungere vult. [7]) Mark. 105, 107.

auctor. Summa enim cum arte maximaque çum varietate dialogos sibi, ut ita dicam, subicit.

1. Socratem vel Platonem nominans certam dialogorum condicionem indicat.

Ac primum quidem afferam locos eos, quibus Libanius ipse nominibus Socratis vel Platonis additis certum dialogi locum se respicere indicat.

Phaedonis dialogi condicionem, in quo Socrates cum discipulis in carcere collocutus cicutam bibit, illi vero lacrimas effundunt (p. 117 A sq et imprimis C sq) *πλήν γε αὐτοῦ Σωκράτους*, qui eos vituperat, imitatur, cum, quanam ratione Iulianus imperator mortuus sit, narrat or. 18 (t. 2, 355, 14—18): *ἐῴκει δὴ ἡ σκηνὴ μὲν τῷ δεξαμένῳ δεσμωτηρίῳ τὸν Σωκράτην, οἱ παρόντες δὲ τοῖς ἐκείνῳ παροῦσιν, ἡ πληγὴ δὲ τῷ φαρμάκῳ, τὰ ῥήματα δὲ τοῖς ῥήμασι, τῷ δὲ μὴ δακρῦσαι τὸν Σωκράτην μόνον τὸ μηδὲ τοῦτον.* — Sub initium Charm. (* p. 153 A sq) narrat Socrates: *εἰς τὴν Ταυρέου παλαίστραν τὴν καταντικρὺ τοῦ τῆς βασιλικῆς ἱεροῦ εἰσῆλθον καὶ αὐτόθι κατέλαβον πάνυ πολλούς . . et Χαιρεφῶν δὲ . . ἀναπηδήσας ἐκ μέσων ἔθει πρός με κτλ.*: hunc locum suum fecit[1] or. 18 (t. 2, 303, 7—10). Inde, quod Lucianus, qui Paras. 43 ad Charmidis dialogi locum alludit, Chaerephontem silentio praeterit, non Lucianum, sed Platonem ipsum ante oculos habuisse Libanium evincitur[2]. — In similitudinem Phaedr. p. 230 D ficta sunt verba ep. 791: *ἐν οὐκ ὀλίγοις δὲ αὐτῇ* (sc. *τῇ πατρίδι*) *γεγένηται χρήσιμος, οὐκ ἀγρῶν αὐτὸν οὐδὲ γῆς οὐδὲ βοσκημάτων οὐδὲ συνοικίας παρακαλούντων. οὐδὲ γάρ ἐστιν οὐδὲν Μακεδονίῳ τοιοῦτον, ὥσπερ οὐδὲ τῷ Σωκράτει.* — Decl. 1 (t. 5, 87, 8 sqq) Libanium condicionem * Conv. p. 178 E: *εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο ὥστε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν κτλ.* suam fecisse observavit Markowskius p. 68 sq.

Platonis auctoris nomen addit Libanius or. 59 (t. 4, 213, 13—16): *λεγέσθω τὸ τοῦ Πλάτωνος ἐπ' αὐτοῖς . . ἀγαθοὶ δὲ ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν.* Haec verba deprompta sunt[3] ex Aspasiae oratione funebri a Socrate ficta * Menex. p. 237 A. — *Conv. p. 214 B rerum condicionem suam fecit Lib. ep. 241: *ἐνέθηκε τῇ χειρὶ τὴν ἐπιστολὴν βέλτιστος βελτίστου πατρός, εἶπεν ἂν Πλάτων, Ὀλύμπιος Πομπηιανοῦ.* — Simili ratione tractavit locum * Criti. p. 108 C: *ἀλλὰ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔπω τρόπαιον ἔστησαν, ὦ Κριτία;* or. 1

---

[1]) Ut primus observavit Reiskius Anim. V p. 184. [2]) De Taureae palaestra vid. supra p. 32. [3]) Reiskius Anim. V p. 99.

(t. 1, 101, 20 sq). Philosophi quidem verba in proverbium abierunt[1], sed cum Platonis nomen addat Libanius, dialogum ipsum eum respexisse verisimile fit[2]. Denique ad * Reip. 5 p. 473 C condicionem, quo loco de principibus, qui philosophi esse debeant[3], locuturus est Plato: *εἰρήσεται δ' οὖν, εἰ καὶ μέλλει γέλωτί τε ἀτεχνῶς ὥσπερ κῦμα ἐκγελῶν .. κατακλύσειν,* alludit Lib. decl. 23 (t. 6, 394, 1 sq).

2. Ad verbum fere exscribit Platonem.

Non minus certi quam loci modo allati sunt ii, quibus enuntiata Platonis exscribens certam rerum condicionem se respicere indicat Libanius.

Sic ep. 407 de semestri exacto narrans addit: *Πλάτων δέ, οἶμαι*[4], *ἠσθένει Ζηνόβιος ὁ χρηστός.* Non est dubium quin imitetur locum Phaedonis p. 59 B, ubi Phaedo eos enumerat, qui usque ad mortem Socrati adfuerint, et addit: *Πλάτων δέ, οἶμαι, ἠσθένει.* — Eodem modo ep. 1522 Rufino data enuntiatum Platonis exscribit: *Σωκράτη δὲ ἐξαιρῶ*[5] *λόγου, τὸν γενναῖον Βικτορῖνον, τὸν ἐμαυτοῦ πολίτην* et vix quicquam mutat ep. 304 Themistio philosopho data hunc innuens. Eryximachum enim s. init. Conv. (* p. 176 C) loquentem inducit Plato: *ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀεὶ ἀδύνατοι* (sc. *πίνειν*) · *Σωκράτη δ' ἐξαιρῶ λόγου.* — Ut modo Victorinum et Themistium Socratem suum, Zenobium Platonem suum appellat, ita Firminum alloquitur ep. 968: *ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη*[6] blanda illa appellatione usus, quam Plato exhibet cum Alc. 1 p. 109 D, 133 B, 134 E tum Conv. p. 218 D, quo loco Alcib. Socratis responsum sibi datum narrat: *ἀκούσας μάλα εἰρωνικῶς .. ἔλεξεν, ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, κτλ.* — Appellationem, quam adhibet Socrates * Theaet. p. 149 A: *εἶτα, ὦ καταγέλαστε, οὐκ ἀκήκοας κτλ.;* recepit Lib. or. 33 (t. 3, 175, 8 sq).

Saepius autem aliquid mutavit Libanius vel addens vel omittens vocabulum aliquod vel ordinem membrorum commutans. Sic * Clitoph. p. 407 A exstant verba: *ποῖ φέρεσθε, ἄνθρωποι;* Ut plurimi auctores alii[7], ita Libanius hunc locum suum fecit or. 18 (t. 2,

[1]) Greg. Cypr. app. L. 1, 16. [2]) Multo plura mutavit Basilius III 164B 1: *οὐδεὶς ἀθυμῶν στεφανοῦται, οὐδεὶς στυγνάζων τρόπαιον ἵστησι,* quem locum ad Platonem refert Shearius p. 41. [3]) Vid. supra p. 12 sq. [4]) Codicum omnium fere lectione spreta Wolfius *δέ μοι* scripsit. [5]) Nulla forma nisi *ἐξαιρῶ* probanda est. Apud Platonem habent *ἐξαίρο* V *ἐξαίρω* BT; corr. Heind. ad Theaet. p. 352. Wolfius ambobus locis perperam praebet *ἐξαίρω.* [6]) Hanc appellationem male intellegens librarius quidam Alcibiadi hanc epistulam datam esse conclusit. [7]) Dio Chrys. or. 13 (1, 183, 9), Epictet. diss. 3 p. 449, [Xen.] epist. ap. Stob. serm. 81 p. 475, Philostr. v. Apoll. 1, 17, Iulian. or. 7 p. 228 A, quos locos citat Wyttenbachius ad Plut. mor. p. 4 E, qui et ipse Platonis vestigia pressit, et ad Iul. or. 1 p. 3 D.

288, 9 sq). Themistius or. 26 p. 320 d et ipse ὦ addit. — *Conv. p. 176 B dicit Aristophanes: *καὶ γὰρ αὐτός εἰμι τῶν χθὲς βεβαπτισμένων*[1]. Saepe Lib. huius loci condicionem suam fecit: paucissima autem mutavit ep. 25 Acacio data omisso *χθές* vocabulo. — Phaedri meminit Lib. ep. 178, in qua alloquitur Eusebium et Faustum: *ἀλλ' ὦ γενναῖα θρέμματα.* Plato enim p. 261 A *λόγους* appellat: *θρέμματα γενναῖα*[2]. Ut verborum congruentia evincitur, obversatur Libanio decl. 5 (t. 5, 349, 8 sq) Menexeni locus idem, qui etiam [Longino] *π. ὕψους* 23 placuit (p. 245 D): *ἄλλοι πολλοὶ φύσει μὲν βάρβαροι ὄντες, νόμῳ δὲ Ἕλληνες, συνοικοῦσιν ἡμῖν.* Ordinem tantum membrorum convertit Libanius. — Clarissimum illud Socratis dictum, quod exstat Phaedr. * p. 228 A: *ὦ Φαῖδρε, εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι,* haud multum mutatum in ep. 494 a recepit, cf. p. 4. — Denique quod Conv. p. 173 E Apollodorus: *δῆλόν γε δή,* inquit, *ὅτι ... μαίνομαι καὶ παραπαίω,* huius loci condicionem imitatur Lib. decl. 12 (t. 5, 548, 11)[3].

3. Dialogorum condiciones arte imitatur Libanius.

De Amore exponit ep. 114: *πολλάκις παρελθὼν γρυπὸν*[4] *καὶ λευκὸν ἔδωκεν αὐτὸν μέλανι καὶ σιμῷ, τοῦ ἔρωτος, οἶμαι, τρυφῶντος ἐν τοῖς ἀτόποις. καὶ ταύτην ... τὴν ... σὴν ἐρωμένην ἡγούμεθα, τὴν δὲ γρυπὴν ἐκείνην καὶ βασιλικὴν οὐκ ἠμελῆσθαι μέν, οὐ τοσαύτης δὲ εἶναι λαμπάδος.* Non modo hanc sententiam, verum etiam formam totam fere deprompsit e Plat. Rep. 5 p. 474 D sq. Alludit ad eundem locum Lib. ep. 705: *γέγονας ἐκείνων δὴ τῶν τοὺς σιμοὺς καὶ γρυποὺς καὶ μέλανας ἐπαινούντων,* or. 13 (t. 2, 64, 7 sqq), ep. 30 (s. fin.): *πλείω διῆλθον ἄν, εἰ μὴ ᾔδειν ἐραστὴν ἐπαινεσόμενος, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἀληθέστατον ἀπιστίαν ἐφέλκεται.*

* Gorg. p. 469 D, quo loco aliquid inter potentiam et licentiam interesse Polo Socrates exponit, hoc utitur exemplo: *εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν ἀγορᾷ πληθούσῃ λαβὼν ὑπὸ μάλης ἐγχειρίδιον λέγοιμι πρός σε κτλ.*: haec narratiuncula factum esse potest, ut obversaretur * Luciano, qui Tyrann. 7 necem tyranni describit: *μετὰ τοῦ ξίφους ἀνῄειν κτλ.,* certe

---

[1]) De *βαπτίζειν* cf. Dorvill. ad Char. 2, 4. 3, 24. Heind. ad Euthyd. p. 277 D. [2]) *ὦ* in Platonis contextum inserere voluit Astius. [3]) Ep. 79: *φαίνῃ γὰρ ὑπὸ μὲν τοῦ λυπεῖσθαι παραπαίειν, ὑπὸ δὲ τοῦ παραφρονεῖν ταῦτα γράφειν* et decl. 48 (t. 7, 631, 17 sq) eundem fontem sequitur, quem Plut. mor. p. 963 E. Similiter legitur apud Lucian. Abdic. 30: *παρανοεῖν καὶ παραπαίειν καὶ λυττᾶν καὶ μεμηνέναι.* [4]) Errat Astius, qui huic loco *ἐπίγρυπος* vocabulum tribuens ad Phaedr. p. 253 D relegat, quo loco de bigis illis amatoriis disputat Plato: *ὁ μὲν τοίνυν αὐτοῖν* (sc. *τοῖν ἵπποιν*) .. *ὀρθὸς καὶ διηρθρωμένος, ὑψαύχην, ἐπίγρυπος, λευκὸς ἰδεῖν, μελανόμματος κτλ.*

autem, ut congruentia locorum probatur, Libanius Platonis vestigia pressit decl. 14 (t. 6, 92, 13 sq)[1] nec non loc. comm. 5 (t. 8, 205, 8 sq).

Aliquid in posterum differens Agatho dicit Conv. p. 175 E: *καὶ ταῦτα μὲν καὶ ὀλίγον ὕστερον διαδικασόμεθα ἐγώ τε καὶ σὺ περὶ τῆς σοφίας*[2]. Hanc dialogi condicionem imitatur Lib. ep. 575. — * Phaedri p. 243 D: *ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι* verbotenus ad Iulianum suum transtulit or. 18 (t. 2, 244, 20)[3]. — Convivii locum p. 176 C (cf. p. 45) levi manu mutatum repetit or. 12 (t. 2, 23, 11): *Φοίνικα δὲ ἐξαιρῶ τοῦ λόγου*[4]. — Gorgiae p. 515 B, quo loco Calliclem interrogat Socrates, quemnam hominem consuetudine sua meliorem reddiderit, memor scribit Lib. ep. 882: *ποιήσεις .. ἡμᾶς ταῖς συνουσίαις βελτίονας* et ep. 688: *ποίει .. βελτίους, οὓς μὲν ὁρᾷς, τῇ συνουσίᾳ, τοὺς ἀπόντας δὲ ἐπιστολαῖς.* — Gorg. p. 486 D Socrates ponit: *εἰ χρυσῆν ἔχων ἐτύγχανον τὴν ψυχήν κτλ.* Haec rerum condicio Libanio probata est, qui exponit ep. 257 nec divitias nec praedia magis respexisse Caesarium: *ἢ ὅτι γε τὴν ψυχὴν εὕρηκας χρυσῆν ἔχοντα* et eiusdem loci meminit ep. 121, fortasse etiam or. 13 (t. 2, 64, 16 sq): *ἀτεχνῶς χρυσῇ ψυχῇ·* Eodem modo ep. 1051: *χρηστοῦ τινος καὶ ἀτεχνῶς χρυσοῦ* imitatur Phaedr. p. 235 E, quibus locis insuper respondent *ἀτεχνῶς* et *ὡς ἀληθῶς*[5]. Et factum esse potest, ut Platonis verba de iis pronuntiata, qui in bello ceciderint (Rep. 5 p. 468 E): *φήσομεν τοῦ χρυσοῦ γένους εἶναι* Libanio obversarentur, cum scriberet ep. 102: *ὄντως σὺ τοῦ χρυσοῦ γένους* (sc. *εἶ*) et ep. 1073: *χρυσῆς ἀτεχνῶς γενεᾶς.*

Verbis or. 59 (t. 4, 284, 12 sqq) dilucide probatur Libanium Phaedri p. 239 C condicionem imitatum esse; Platonis enim verba sunt: *οὐδ' ἐν ἡλίῳ καθαρῷ τεθραμμένον, ἀλλ' ὑπὸ συμμιγεῖ σκιᾷ*[6]. — * Phaed. p. 59 A, qualis status fuerit animi, cum Socrates mortem obiret, enarrat Phaedo (v. p. 38). Eundem describit Libanius decl. 41 (t. 7, 392, 16 sq) et ep. 63: *κρᾶσις ἔχει με τῆς ἡδονῆς καὶ τοὐναντίου.* — Socrates, num docendo perdiderit adulescentium animos, quaerens testes advocat eos, qui adulescentes ipsum secuti

---

[1]) E Libanio pendet non solum auctor decl. 43 (de qua v. part. III), sed etiam Choricius Tyr. p. 53, 4 sq, cf. Rother, De Choricii Gazaei studiis Libanianis, Vrat. 1912 p. 51 sq, Foerster ad vol. VII 433 sq. [2]) Verba *περὶ τῆς σοφίας* delet Hirschigius. [3]) Vid. supra p. 8. Liberius hunc locum reddidit Themistius or. 26 p. 330 a: *οὐδὲ ἀποκλύζεις .. καὶ ἀπονίπτεις ποτίμῳ τὴν ἁλμυρὰν ἀκοήν,* ut annotat Pohlschm. p. 30. [4]) Similes sunt loci * Phaedr. p. 242 B et * Rep. 6 p. 492 E. [5]) Sed cum Astio ad Phaedri l. l. referre Lucianum de laps. 1: *ἐγὼ δὲ ὁ χρυσοῦς* et Lib. ep. 48: *Ἡρόδοτος ὁ χρυσοῦς* dubito. [6]) Gladis. p. 44.

nunc πρεσβύτεροι γενόμενοι sint (Apol. p. 33 D), pergitque dicere: πάρεισιν αὐτῶν πολλοὶ ἐνταυθοῖ, οὓς ἐγὼ ὁρῶ. Hanc rerum condicionem imitatur or. 1 (t. 1, 86, 19 sqq). Rep. 1 p. 327 B narrat Socrates: καί μου ὄπισθεν ὁ παῖς λαβόμενος τοῦ ἱματίου κτλ. Hanc condicionem Libanius de se locutus imitando exprimit or. 1 (t. 1, 98, 14 sq). Verbis decl. 12 (t. 5, 540, 11 sq) alludit ad * Phaedr. p. 229 E, quo loco Socrates confitetur: οὐ δύναμαί πω κατὰ τὸ Δελφικὸν γράμμα γνῶναι ἐμαυτόν. Phaedri locum p. 261 A, quo λόγους vocat γενναῖα θρέμματα (p. 46), iterum ep. 343 Aresio rhetori data in usum suum vertit: γενναῖά γέ σου τὰ θρέμματα. — Ut verborum similitudine probatur, Crat. p. 393 C obversatus est Libanio, cum scriberet ep. 302: φυλάττου μή σε παρακρούσηται τοῖς καθ' ἡμῶν ἐγκωμίοις. — Locum Reip. 6 p. 498 C, quo alloquitur τοὺς μέλλοντας εὐδαιμόνως βιώσεσθαι, suum fecit Lib. chria 1 (t. 8, 70, 17 sq): fortuitam enim congruentiam verborum esse vix crediderim. — Apol. p. 28 C Achillem φαῦλον ponit Socrates in enuntiato potentiali: φαῦλοι γὰρ ἂν τῷ γε λόγῳ εἶεν τῶν ἡμιθέων, ὅσοι ἐν Τροίᾳ τετελευτήκασιν, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ Θέτιδος υἱός: huius loci condicionem imitatur Lib. or. 64 (t. 4, 455, 6 sqq). — Locum Reip. 5 p. 452 B: οὐ φοβητέον τὰ τῶν χαριέντων σκώμματα suum fecit ep. 1485: τρεψόμεθα τῶν χαριέντων τὰ σκώμματα. * Rep. 1 p. 330 D de rumoribus, qui de inferis feruntur, ultimaque vitae hora dicit: τότε δὴ στρέφουσιν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν μὴ ἀληθεῖς ὦσι. Hanc loci condicionem in suum vertit usum Lib. decl. 46 (t. 7, 576, 10) et decl. 32 (t. 7, 69, 2 sq). — Apol. p. 35 B haec Atheniensibus dicentem fingit Socratem: οἱ διαφέροντες Ἀθηναίων εἰς ἀρετὴν .. οὗτοι γυναικῶν οὐδὲν διαφέρουσι: in similitudinem huius loci efficta sunt verba Libanii or. 39 (t. 3, 267, 11 sqq). Or. 17 (t. 2, 208, 11): τίνα μέντοι, τίνα θεῶν αἰτιατέον; quaerens Libanius imitatur rerum condicionem Phaedri p. 236 D: τίνα μέντοι, τίνα θεῶν[1]; Socrates Apol. p. 18 D queritur: ἀνάγκη ἀτεχνῶς ὥσπερ σκιαμαχεῖν ἀπολογούμενον: eandem fere sententiam eadem usus imagine profert ep. 372 Iuliano imper. data. — Socratis quaestionem Phaedr. p. 235 C prolatam: πόθεν δὴ τεκμαιρόμενος λέγω; repetit loc. comm. 1 (t. 8, 169, 2). — Verba Gorg. p. 513 C: πέπονθα .. τὸ τῶν πολλῶν πάθος sua fecit Lib. compar. 1 (t. 8, 334, 3). Et eiusdem loci Platonici verba: οὐκ ὀρθῶς βουλεύει reddit decl. 47 (t. 7, 604, 6).

---

[1]) Id observavit Astius ad Phaedri locum, qui idem etiam Maximo Tyrio diss. 33, 1: τίνα μέντοι θεῶν; et Aristaeneto 2, 2: ὄμνυμι δέ σοι, φιλτάτη, τίνα μέντοι θεῶν; obversatus est.

4. Libere Platonis vestigia premit.

Animum harmoniam esse exponit Plato Phaed. p. 93 C: *τῶν οὖν θεμένων ψυχὴν ἁρμονίαν εἶναι* et *τὴν μὲν ἡρμόσθαι, τὴν ἀγαθήν;* hic locus obversatus est Libanio or. 59 (t. 4, 284, 18 sq). Et ad sententiam huic propinquam, quam Plato Rep. 3 p. 401 D profert: *καταδύεται εἰς τὸ ἐντὸς τῆς ψυχῆς ὅ τε ῥυθμὸς καὶ ἡ ἁρμονία,* spectant verba or. 64 (t. 4, 478, 9 sq). — Convivii locum p. 176 B (cf. p. 46) scholii instar circumscribit Lib. ep. 319: *καὶ γὰρ αὐτός εἰμι τῶν οἴνῳ δουλευόντων.* — Phaed. p. 59 A Plato Phaedonem, qui Apollodorum nominaverat, addentem fingit: *οἶσθα γάρ που τὸν ἄνδρα καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ.* Huius loci condicio adeo Libanio placuit, ut compluribus eam locis in suum usum verteret: ep. 971: *οἶσθά που Καλλιόπιον καὶ τὸν ἐκείνου τρόπον,* ep. 981: *γιγνώσκων Ζήνωνα καὶ τὸν Ζήνωνος τρόπον;* alteram huius enuntiati partem imitari videtur decl. 26 (t. 6, 517, 3). — * Phaedr. p. 240 E Socrates incommoda, quibus hominem amatum amans afficiat, enarrat: *εἰς .. μέθην ἰόντος πρὸς τῷ μὴ ἀνεκτῷ ἐπ' αἴσχει παρρησίᾳ κατακορεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ χρωμένου.* Huius condicionis memor est Lib. decl. 16 (t. 6, 152, 1 sq). Innuit fortasse eundem locum or. 16 (t. 2, 174, 4—7): *σκώμματα .. ἀπὸ γλώττης ἀναπεπταμένης .. ἀπορριπτούμενα.* Paulo ante (*Phaedr. p. 240 D) de homine amanti dixerat: *ὑπ' ἀνάγκης τε καὶ οἴστρου ἐλαύνεται:* eandem stimuli imaginem adhibet * Rep. 9 p. 577 E, ubi animam, quam cum civitate comparat, minime, quid velit, facturam esse exponit: *ὑπὸ δὲ οἴστρου ἀεὶ ἑλκομένη.* Hanc condicionem in suum usum e Platone deprompsit or. 25 (t. 2, 550, 15 sq); inde, quod etiam in Phaedro verbum *ἐλαύνειν* adhibetur et Libanii verbo *ἰσχυρότατον* Platonis verba *ὑπ' ἀνάγκης* respondent, e Phaedro locum Libanianum fluxisse elucet. — * Phaedri capita, in quibus cum bigis hominis anima comparatur et quae Themistio[1], Basilio[2], Greg. Nysseno[3] placuerunt, Libanii quoque plausum moverunt: legitur enim p. 254 E: *ὁ ἡνίοχος .. ὀπίσω σπάσας τὸν χαλινὸν τήν τε κακήγορον γλῶτταν καὶ τὰς γνάθους κατῄμαξε.* Libere Lib. hanc dialogi condicionem imitatur decl. 15 (t. 6, 128, 6—10) spectatque ad eam or. 6 (t. 1, 355, 7 sq), quo loco flosculum affert: *τὴν κακήγορον γλῶτταν*[4]. Quae Lib. decl. 9 (t. 5, 473, 21—474, 4) de equis disserit, ea ex eodem loco fluxisse congruentia gravi quadam cum Platone intercedente *(τὴν γνάθον καθῄμαξε)* evincitur. Paulo infra (*p. 256 A) legitur: *ὁ δὲ ὁμόζυξ .. μετὰ τοῦ ἡνιόχου πρὸς*

[1]) Or. 1 p. 7 c et or. 20 p. 234 b, cf. Pohlschm. p. 30 sq. [2]) III 584 B 12 et carm. III 1382, cf. Gottwald. p. 32. [3]) I 49 C, cf. Gronav. p. 25. [4]) Cum hoc loco comparat Basil. III 581 C 1 Shearius p. 49.

ταῦτα μετ' αἰδοῦς τε καὶ λόγου ἀντιτείνει: huius loci certe meminit Lib. or. 1 (t. 1, 136, 12 sq): *ἄκων τε καὶ μόλις ὥσπερ ἵππος ὑπὸ τοῦ ὁμόζυγος ἑλκόμενος ἐχώρει*, fortasse etiam ep. 1135: *οὐ χρὴ πρὸς χαλινοὺς ἀντιτείνειν.*

Lib. decl. 23 (t. 6, 412, 14—413, 2) illam de hominibus furentibus narrationem e Phaedri loco eo deprompsit, quo Socrates de tertio furoris genere loquitur (*p. 245 A): *ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται . ., ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη.* — *Gorg. p. 481 D legitur: *ἐρῶν τε δύο ὄντε δυοῖν ἑκάτερος, ἐγὼ μὲν Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου καὶ φιλοσοφίας, σὺ δὲ τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου καὶ τοῦ Πυριλάμπους.* Huius loci (vid. p. 40) condicionem decl. 19 (t. 6, 273, 6 sq) suum in usum vertit. — Decl. 2 (t. 5, 128, 17 sq) de Socrate dicit Libanius: *Σωκράτης ἁπάντων μὲν ἀνθρώπων θεοσεβέστατος γενόμενος.* Si quid video, ad Socratem transtulit eam virtutem, qua homines ceteris animalibus praestare Plato docet Leg. 10 p. 902 B: *θεοσεβέστατον αὐτό ἐστι πάντων ζῴων ἄνθρωπος.*

Compluribus deinde locis Apologiae Platonicae partem eam, in qua Socrates iudicum misericordiam spernit et repudiat (*p. 34 C sq, 38 D sq), imitatus est, non solum decl. 1 (cf. p. 37), sed etiam decl. 44 (t. 7, 519, 4—12), decl. 15 (t. 6, 130, 14 sq)[1], loc. comm. 1 (t. 8, 170, 6 sq), or. 58 (t. 4, 198, 20), decl. 22 (t. 6, 366, 4 sq), decl. 16 (t. 6, 173, 6 sqq), decl. 46 (t. 7, 554, 7 sq), decl. 9 (t. 5, 469, 7), decl. 35 (t. 7, 201, 16 sq), decl. 31 (t. 7, 21, 2 sq), decl. 47 (t. 7, 608, 2 sq), or. 19 (t. 2, 397, 9), or. 40 (t. 3, 289, 6).

Similiter ad Platonis de Socrate moriente narrationem in Phaedone prolatam spectant complures Libanii loci. * Pag. 117 C enim narrat Plato: *ἡμῶν οἱ πολλοὶ τέως μὲν ἐπιεικῶς οἷοί τε ἦσαν κατέχειν τὸ μὴ δακρύειν, ὡς δὲ εἴδομεν . . οὐκέτι.* Hanc rerum condicionem significat or. 39 (t. 3, 267, 2 sq). De verbis iis, quae Socrates capitis damnatus ad iudices facit Apol. p. 38 C (cf. p. 37), cogitat Libanius, ut e similitudine verborum evinci videtur, cum scribit decl. 4 (t. 5, 230, 1 sq): *τοῦτ' ἂν εἴη πεπονθώς, ὃ μικρὸν ὕστερον αὐτόματον ἔπεισι.* Et quae sequuntur verba Platonis: *ὁρᾶτε γὰρ δὴ τὴν ἡλικίαν κτλ.*, sua fecisse videtur decl. 23 (t. 6, 413, 4 sq): *βεβίωκα δὲ ἐπὶ τοῦ βήματος μέχρι τῆς ἡλικίας, ἣν ὁρᾶτε* et ep. 334: *βλέποντα μὲν εἰς τὴν ἡλικίαν.* Eiusdem Apologiae loci memor fuisse videtur ep. 866 Prisco data: *τὸ δὲ ἡμέτερον ἓξ μὲν καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη γέγονα, τὸ*

---

[1]) Verba *παιδία κλαυθμυριζόμενα*, quae etiam ap. Plutarch. mor. p. 9 A inveniuntur, ex Axioch. p. 366 D: *κλαυθμυριζόμενον (τὸ νήπιον)* fluxisse videntur.

λειπόμενον δὲ οὐ πολύ. — Decl. 44 (t. 7, 519, 6 sq): εἰσί μοι παῖδες .. παιδευόμενοι κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους Critonis condicione utitur (p. 50 D), quo loco leges loquentes inducit Socrates (vid. p. 30).

Quod Socratem sibi expetentem fingit Plato Ap. * p. 37 A: τούτου τιμῶμαι, ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως, saepius ad ornanda opera sua adhibuit Lib.: decl. 33 (t. 7, 104, 16 sq), decl. 30 (t. 6, 654, 15), decl. 42 (t. 7, 426, 17), decl. 14 (t. 6, 96, 2 sq, 106, 14), decl. 15 (t. 6, 119, 20 sq), decl. 37 (t. 7, 242, 15 sq), decl. 48 (t. 7, 619, 18, 622, 10). Quia iam semel (vid. p. 37) hac in re Platonem sequitur, Libanium ceteros auctores[1], qui hunc honorem amplissimum commemorant, sequi[2] verisimile non est.

Ad Apol. p. 40 D: θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος spectat Lib. decl. 36 (t. 7, 209, 2 sq) et decl. 14 (t. 6, 105, 12 sq). — Strategum cum loquentem fingit Lib. decl. 44 (t. 7, 517, 10—13): χρὴ δ' ἐννοεῖν, ὡς ἤδη τινὲς θάνατον τοῦ κρινομένου καταγνόντες αὐτῶν ἐπελάβοντο μηκέτ' οὔσης ἐπανορθώσεως τῷ κακῷ, μόνου δ' ἑνὸς λειπομένου τοῦ μέμφεσθαι σφίσιν αὐτοῖς, condicionem * Apol. p. 39 C libere suam facit, quo loco Socrates iudicibus suadet, ne temere se capitis damnent; fieri enim posse, ut huius facinoris postea ipsos paeniteat[3].

Phaedrum Socrates vituperat Phaedr. p. 259 B, cum is fabulam de cicadis traditam ignotam sibi esse concederet, verbis his: οὐ μὴν δὴ πρέπει γε φιλόμουσον ἄνδρα τῶν τοιούτων ἀνήκοον εἶναι. Hunc locum verbotenus fere suum fecit Lib. ep. 1072. — Similiter Gorgiae condicionis (p. 519 B): σχετλιαζόντων (sc. τῶν ἀνδρῶν), ὡς δεινὰ πάσχουσι meminit ep. 194 (s. init.). Eandem sententiam exprimunt Platonis verba (Rep. 3 p. 387 D): ὑπέρ γ' ἐκείνου ὡς δεινόν τι πεπονθότος ὀδύροιτ' ἄν: libere, ut docet verborum similitudo, hanc dialogi condicionem imitatur Lib. decl. 17 (t. 6, 210, 10 sq). His locis adicio Phaed. p. 91 B, ubi Socrates dicit: ἧττον τοῖς παροῦσιν ἀηδὴς ἔσομαι ὀδυρόμενος: huic rerum condicioni plane fere respondet ep. 965: ἐγὼ δ' ἀηδὴς τοῖς συνοῦσι τῷ πλήθει τῶν ὀδυρμῶν. — Conv. p. 221 A Plato loquentem inducit Alcibiadem: ἰδὼν εὐθὺς παρακελεύομαί τε αὐτοῖν θαρρεῖν: hunc locum ante oculos habuit, cum scriberet ep. 134: Μοκίμῳ δὲ παρεκελευσάμην θαρρεῖν.

Apol. p. 27 B Socrates adhortatur iudices: ὑμεῖς δέ, ὅπερ κατ' ἀρχὰς ὑμᾶς παρῃτησάμην, μέμνησθέ μου μὴ θορυβεῖν respiciens

---

1) Ar. Ran. 764, Dem. or. 23, 130, Aesch. Ctes. 178, 195. 2) Platonem sequitur Lucanius Prom. 4: ἔγωγε τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως ἐτιμησάμην ἂν ἐμαυτόν, Libanium Choricius iuv. fort. 30 ed. Foerster, mus. Rhen. 49, 491, 13. 3) Vid. supra p. 38.

ad p. 21 A: *μὴ θορυβεῖτε.* Eandem condicionem effingit Libanius or. 64 (t. 4, 443, 4 sqq) et ipse memor p. 422, 12. Idem locus Platonis ei fortasse obversatur or. 31 (t. 3, 132, 6): *δεηθεὶς ὑμῶν ἄνευ θορύβου τῶν λογισμῶν ἀκοῦσαι.* Ep. 1057 legitur: *οὐδ' ἂν εἰ σφόδρα ἠλίθιος ἦν, οὕτως ἂν εἰς μαχαίρας ἐκυβίστησεν*[1]. Quo cum loco si comparamus Euthyd. p. 294 E, ambos eandem afferre imaginem, ut stultitiae exemplum proponant[2], elucet: e Platone igitur hanc dialogi condicionem recepit. — Rep. 3 p. 387 B, ubi Socrates poetarum locos nonnullos refutavit et vituperavit, Homeri veniam impetrat. Hanc rerum condicionem ad Musas transfert Lib. ep. 266: *παραιτησάμενος ἂν ταῖς Μούσαις μὴ χαλεπαίνειν.* Vel liberius Platonis vestigia pressit laud. 4 (t. 8, 243, 15).

Sub init. Apol. (p. 17 C) Socrates dicit: *ἀκούσεσθε εἰκῇ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασι . . · οὐ γὰρ ἂν δήπου πρέποι . . πλάττοντα λόγους εἰς ὑμᾶς εἰςιέναι.* Non solum locutionem *πλάττειν λόγους,* quam saepe adhibet Lib.[3], sed totum loci colorem decl. 20 (t. 6, 313, 3 sqq) imitatus est. — Quam ratiocinationem decl. 16 (t. 6, 153, 22—154, 1) Aristophanem adhibentem facit, haec simillima est Apol. p. 17 D, quo loco Socrates dicit: *νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα.* — Verba Platonis sequentia: *ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως* (p. 35) iterum reddit decl. 23 (t. 6, 405, 1 sqq). — Structuram enuntiati * Reip. 1 p. 327 E: *ὡς τοίνυν μὴ ἀκουσομένων* (sc. *ἡμῶν) οὕτω διανοεῖσθε* imitatur decl. 13 (t. 6, 9, 10 sq). — Decl. 15 (t. 6, 143, 23—144, 1) libere usus est loco * Reip. 3 p. 400 E: *οὐχ ἣν ἄνοιαν ὑποκοριζόμενοι καλοῦμεν ὡς εὐήθειαν. Ἄνοια* enim et *ἀπόνοια* vocabula synonyma sunt. — Rerum condicionem * Conv. p. 204 B: *δῆλον, ἔφη, τοῦτό γε ἤδη καὶ παιδί* et * Euthyd. p. 279 D: *τοῦτο δὲ κἂν παῖς γνοίη* imitatur Lib. or. 62 (t. 4, 362, 12 sq): magis Conviv. quam Euthyd. respexisse videtur. Menexeni loco (* p. 237 A) p. 44 citato similes sunt Platonis loci hi: Phaedr. p. 246 A: *αὐτοί τε ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν,* p. 274 A: *δεσπόταις ἀγαθοῖς τε καὶ ἐξ ἀγαθῶν,* p. 249 E, Gorg. p. 512 D, Leg. 10 p. 889 D. Menexeni locum, ut docet aoristus *φῦναι* ab ambobus adhibitus, imitatur Lib. or. 11 (t. 1, 470, 10) et laud. 1 (t. 8, 217, 2 sq)[4]. Ad * Phaedri p. 274 A spectat locus vitup. 2 (t. 8, 290, 11 sq), ad * p. 246 A decl. 44 (t. 7,

---

1) De hac re cf. Athen. 4 p. 129 D et Winckelm. ad. Euthyd. l. l. 2) Hac de causa Libanium Xen. Conv. 7, 3: *τὸ μὲν εἰς μαχαίρας κυβιστᾶν κινδύνου ἐπίδειγμα* secutum esse veri dissimile est. 3) Vid. infra part. I cap. 3 B 2 *γ*. 4) Similem de Demosthene sententiam profert Lib. laud. 5 (t. 8, 251, 13 sq): *γενόμενος ἐξ ἀρίστης πόλεως ἄξιον αὑτὸν τῆς ἐνεγκούσης ἔδειξεν.*

500, 5), ep. 692, ep. 382, in qua Calycium appellat: *ὦ βέλτιστε καὶ ἐξ ἀγαθῶν νεανίσκε*, or. 25 (t. 2, 554, 14 sq).

Gorg. p. 463 E: *πῶλος δὲ ὅδε νέος ἐστὶ καὶ ὀξὺς* ante oculos habet ep. 288: *ἔστι γὰρ ὀξὺς ὁ πῶλος* nec veri dissimile est eundem locum respici ep. 641: *ἢν οὖν ὀξύτερος ὁ νέος ἐπανέλθῃ κτλ.* Quod autem ep. 129 legitur: *οὐδεπώποτε πρὸς πατέρας περὶ παίδων ἀμβλύτερον εἶπον, ὡς εἶεν ὀξεῖς, ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐγρηγορότων εἴποιμ' ἄν, ὥς εἰσι νωθροί,* Theaeteti p. 144 A sq condicionem rerum suam fecit Libanius. Eiusdem loci memor est ep. 1048. Factum esse potest, ut Euthyd. p. 295 D ante oculos haberet ep. 91: *ἔοικα δέ τις εἶναι σκαιὸς καὶ ἀμαθής*: ibi enim de Conno magistro suo narrat Socrates: *χαλεπαίνει ἑκάστοτε, ὅταν αὐτῷ μὴ ὑπείκω, ἔπειτά μου ἧττον ἐπιμελεῖται ὡς ἀμαθοῦς ὄντος· ἐπεὶ δὲ οὖν διενενοήμην καὶ παρὰ τοῦτον φοιτᾶν, ᾠήθην δεῖν ὑπείκειν, μή με σκαιὸν ἡγησάμενος φοιτητὴν μὴ προσδέχοιτο.* Locum Polit. dialogi (p. 266 E) imaginemque in eo prolatam imitatus est ep. 38: *οὐ σοὶ συγχαίρω μᾶλλον τῷ τὴν πόλιν ἄγειν ἢ τῇ (τῷ* Wolf.*) πόλει τοῦ παραδοῦναί σοι τὰς ἡνίας.* — Eum, qui in posterioribus vitae annis ad philosophiam accedat, publicis rebus studere negat Plato * Gorg. p. 485 D: *καταδεδυκότι δὲ .. βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα.* Huius loci condicionem suam fecit Libanius ep. 810: *οὐκ ἀποστὰς τῶν φίλων ἐν γωνίᾳ τινὶ τοίχῳ προσθεὶς ἐμαυτόν, ἀλλ' ἐν πολλοῖς ἑταίροις,* id quod veri similius fit locis decl. 1 (t. 5, 33, 20 sq)[1] et fortasse or. 24 (t. 2, 524, 13): *νῦν ἦσαν οἱ ἐν γωνίαις λέγοντες,* quorum priore artius verba Platonis sequitur. — Ad * Gorg. p. 506 C: *μέγιστος εὐεργέτης παρ' ἐμοὶ ἀναγεγράψει* spectat Lib. decl. 32 (t. 7, 71, 11 sq).

Notissima Socratis verba * Apol. p. 28 D[2]: *οὗ ἄν τις ἑαυτὸν τάξῃ ἡγησάμενος βέλτιστον εἶναι ἢ ὑπ' ἄρχοντος ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ .. μένοντα κινδυνεύειν* de suo permutavit et circumscripsit or. 55 (t. 4, 117, 14—17). Liberius quam decl. 23 (t. 6, 389, 3 sqq) hoc loco Platonem sectatur. — Quod Socrates profitetur Apol. p. 29 B: *πρὸ .. τῶν κακῶν .. οὐδέποτε φοβήσομαι* (v. l. *φοβηθήσομαι) οὐδὲ φεύξομαι,* hanc rerum condicionem in suum usum convertit Lib. or. 39 (t. 3, 267, 15 sq). — Euthyd. p. 279 B sq meminit Lib. ep. 1074: *πυνθάνῃ, ποῦ τέταγμαι τοῦ χοροῦ ..*[3]. — Decl. 22 (t. 6, 356, 17) et ep. 112 (s. fin): *εἶχον μὲν ἕτερα μυρία λέγειν* Gorgiae p. 483 E imitatur: *μυρία ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν.*

---

1) Ad hunc locum relegat Astius (annotat. ad Gorg. l. l.). 2) Quae placuerunt Theodoret. therapeut. p. 213 Raed., Antonin. philos. 7, 45. 3) Disserunt de hac locutione Winckelm. ad Plat. l. l. et Heind. t. 3 p. 325. Platonem imitati eam adhibent Aristides or. 49 (t. 2, 517, 21 Dind.), Himerius or. 7 p. 534, Synesius p. 37 A.

* Charm. p. 155 D Socrates narrat: οἱ ἐν τῇ παλαίστρᾳ ἅπαντες περιέρρεον ἡμᾶς κύκλῳ κομιδῇ. Hanc dialogi condicionem suam fecit Lib. decl. 1 (t. 5, 79, 17 sq), decl. 33 (t. 7, 92, 11 sq), ep. 758: σοφιστὴν οὐδὲν ἂν οὕτω λαμπρύνειεν, ὡς εἰ πολλοῖς περιρρέοιτο φοιτηταῖς. Ad eandem dialogi condicionem spectant or. 22 (t. 2, 485, 14 sq) et or. 64 (t. 4, 479, 3 sq). Locus autem or. 64 (p. 471, 4) in similitudinem Phaedri p. 229 D.: ἐπιρρεῖ δὲ ὄχλος τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγάσων effictus est[1]. Similis est status rerum Euthyd. p. 271 A descriptus: πολὺς ὑμᾶς ὄχλος περιειστήκει. Quem respexit Lib. decl. 1 (t. 5, 27, 2 sq). — Ad * Charm. p. 161 E: τὸ ἑαυτοῦ ἱμάτιον ἕκαστον .. πλύνειν spectat descr. 5 (t. 8, 473, 3). — Socratis verba Phaedr. p. 259 E haec sunt: Οὐκοῦν, ὅπερ νῦν προὐθέμεθα σκέψασθαι τὸν λόγον, ὅπῃ καλῶς ἔχει λέγειν . . καὶ ὅπῃ μή, σκεπτέον. Alludit ad ea Lib. decl. 33 (t. 7, 80, 18—81, 1).

Timo decl. 12 (t. 5, 541, 20—542, 1) tantum omnia in odium sibi venisse narrat: ὥστε καὶ μέχρι θεῶν καὶ τῶν ἀγαλμάτων ἐξετείνετο τὸ μῖσος. Etiamsi similitudo quaedam intercedit inter hunc locum et * Ar. Av. 1547 sq:

ΠΡΟ. μισῶ δ' ἅπαντας τοὺς θεούς, ὡς οἶσθα σύ.
ΠΕΙ. νὴ τὸν Δί' ἀεὶ δῆτα θεομισὴς ἔφυς,

et * Luc. Tim. 34: πάντας γὰρ ἅμα καὶ ἀνθρώπους καὶ θεοὺς μισῶ, tamen ad sententiam Libanii formandam maioris momenti locus Phaedr. p. 251 A: θύοι ἂν ὡς ἀγάλματι καὶ θεῷ τοῖς παιδικοῖς[2] fuit; aeque enim atque apud Libanium ἄγαλμα et θεός inter se componuntur. — Sub Phaedri init. p. 227 A Socrates dicit: κατὰ τὰς ὁδοὺς ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους. Paulo mutatam hanc dialogi condicionem in suum usum inde deprompsit Libanius decl. 27 (t. 6, 553, 8 sq).

Leg. 1 p. 629 B Socratem exclamantem facit Plato: ὦ Τύρταιε, ποιητὰ θειότατε· δοκεῖς γὰρ δὴ σοφὸς ἡμῖν εἶναι καὶ ἀγαθός. Hunc locum in usum suum vertit Lib. decl. 28 (t. 6, 587, 1 sq). Iam longius distat Homeri laus confirm. 2 (t. 8, 150, 16 sqq)[3].

Or. 62 (t. 4, 347, 20 sq): (δεῖσαι) τὰς διαβολάς, ἃς πολὺν ἤδη χρόνον τινὲς καθ' ἡμῶν πεποίηνται Libanius Socratis memor esse videtur, qui Apol. p. 18 B de calumniatoribus suis obscuris haec dixerat: ἐμοῦ γὰρ πολλοὶ κατήγοροι γεγόνασι πρὸς ὑμᾶς καὶ πάλαι πολλὰ ἤδη ἔτη κτλ. et E sq: ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐξελέσθαι τὴν διαβολήν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔσχετε, ταύτην ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρόνῳ. — Locum Reip. 4 p. 429 A:

---

1) Idem locus placuit Iuliano or. 3 p. 127 B. 2) Qua de causa Schanzius, num verba καὶ θεῷ genuina sint, dubitet, non intellego. Immo vero, si Libanius hunc locum respexit, haec verba legit. 3) Vid. infra E 1.

ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ . . ἀποχρώντως εἰρῆσθαι vel * Leg. 7 p. 804 A: τὰ μὲν εἰρημένα ἀποχρώντως νομίζειν εἰρῆσθαι imitatus est Lib. decl. 1 (t. 5, 107, 4) et or. 11 (t. 1, 450, 12 sq). Pauca mutando e Phaed. p. 84 C: μῶν μὴ δοκεῖ ἐνδεῶς λελέχθαι; effinxit decl. 4 (t. 5, 253, 5 sq).

Quod Plato * Lys. p. 222 B: ὁ μὲν οὖν Λύσις καὶ ὁ Μενέξενος μόγις πως ἐπενευσάτην et * Prot. p. 360 D describit, id Lib. usurpavit decl. 19 (t. 6, 271, 7). Similiter Theaeteti condicionem (* p. 186 C): μόγις καὶ ἐν χρόνῳ διὰ πολλῶν πραγμάτων suum in usum vertit decl. 21 (t. 6, 329, 10). — In similitudinem Reip. 2 p. 367 A: αὐτὸς αὑτοῦ ἦν ἕκαστος φύλαξ locus or. 1 (t. 1, 87, 2): αὐτός τε ἐμαυτοῦ φύλαξ ἦν effictus videtur esse.

De agricolarum generis temporum molestia dicitur Axioch. p. 368 C: κλαῖον νυνὶ μὲν αὐχμόν, νυνὶ δὲ ἐπομβρίας. Horum querelas rhetorum locum communem fuisse inde elucet, quod plurima eius testimonia exstant[1]: sic Lib. quoque hanc condicionem suam fecit or. 2 (t. 1, 260, 14 sq) magisque thes. 1 (t. 8, 560, 6 sq). Cum praeter sententiam congruentem fere verborum similitudo negari nequeat, Axiochi locum exempli instar Libanio fuisse sumitur. Alludere denique ad eum videtur decl. 1 (t. 5, 120, 3 sq): τίνων οὐκ αὐχμῶν βλαβερώτερον; Etiam ad verba, quae apud Platonem sequuntur: νυνὶ δὲ θάλπος ἄκαιρον ἢ κρυμόν, alludit Lib. decl. 1 (t. 5, 28, 3): hoc loco firmatur id, quod modo contendi. —

Socrates (Phaedr. p. 238 D) deo aliquid permittens dicit: ταῦτα μὲν οὖν θεῷ μελήσει, similiaque sunt verba Phaed. p. 95 B. Fieri potest, ut ad Platonem verba Libanii ep. 224: τούτων μὲν οὖν θεῷ μελήσει[2] redeant. — Ad Socratis in * Phaedr. p. 243 E verba cohortantia: λέγε τοίνυν θαρρῶν spectat or. 59 (t. 4, 222, 20—223, 1)[3], ad * p. 241 D: τοῦτ' ἐκεῖνο, ὦ Φαῖδρε decl. 23 (t. 6, 409, 2). Ad rerum condicionem Phaedr. p. 252 C: τὸ πάθος τῶν ἐρώντων τοῦτ' ἐκεῖνο τυγχάνει ὄν certe pertinent verba decl. 46 (t. 7, 560, 18—561, 1). Convivii condicionem p. 223 A: ταῦτα ἐκεῖνα, φάναι τὸν Ἀλκιβιάδην, τὰ εἰωθότα suam fecit decl. 14 (t. 6, 93, 10 sq), etiam magis ethop. 23 (t. 8, 426, 13 sq).

Quod Socrates * Gorg. p. 457 A profert: ὁ αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς, id quoque Libanio placuit decl. 1 (t. 5, 58, 10 sq)[4]. — Apologiae condicioni (p. 19 C): μάρτυρας δ' αὐτοὺς ὑμῶν [τοὺς]

---

[1]) Ea congessit Foerster ad vol. 8, 560, 6: Apthon. prog. 13 (Rhet. gr. I 51, 10 sq Walz.), Theodor. Metoch. misc. phil. 76 p. 510, 5 sq ed. Mueller-Kiessling, Nicol. prog. p. 75, 8 Velten. [2]) Iam longius a Platone distant ep. 787: ἐκείνου μὲν οὖν τῷ τῶν θεῶν ὑπάτῳ μελήσει et ethop. 6 (t. 8, 389, 5) (cf. Soph. Ai. 562). [3]) Gladis. p. 44. [4]) Ut observavit Markowskius. p. 144.

πολλοὺς παρέχομαι similis est decl. 44 (t. 7, 495, 1 sq). — In eadem decl. (t. 7, 501, 13) verba: ἠκούετε τοίνυν αὐτοῦ πάντων εὐηθέστατον λέγοντος λόγον in similitudinem Leg. 7 p. 818 B ficta sunt. — Phaed. p. 115 B Socrates adulescentibus interrogantibus respondet: ἅπερ ἀεὶ λέγω, ἔφη, ὦ Κριτία, οὐδὲν καινότερον. Hanc rerum condicionem Libanius in suum usum vertit decl. 31 (t. 7, 36, 8 sq). — E Phaedr. p. 232 D: πείσαντες μὲν οὖν ἀπέχεσθαί σε τούτοις εἰς ἐρημίαν φίλων καθιστᾶσιν imitando effinxit locum laudat. 3 (t. 8, 238, 20). Ad Phaedri rerum condicionem (p. 236 C): ἐσμὲν δὲ μόνω ἐν ἐρημίᾳ κτλ. pertinet, ni fallor, ep. 559: ἡμεῖς δὲ ὡς ἀληθῶς ἐν ἐρημίᾳ.

Euth. p. 3 A legitur: τοὺς τῶν νέων τὰς βλάστας διαφθείροντας. Simillime et ita, ut ex hoc loco Libanium hausisse statuerim, cum propaginibus discipulos suos ep. 248 comparat. Quod ep. 1290 Libanius dicit: πᾶσαν ὑπέσχετο τὴν ἀλήθειαν ἐρεῖν, Socratis verba ex Apol. p. 20 D revocat. Longius a Libanio distant Apol. p. 17 B, 33 C. * Theaet. p. 172 B Socrates dicit: λόγος δὲ ἡμᾶς .. ἐκ λόγου .. καταλαμβάνει. Hanc dialogi condicionem imitatur Libanius or. 12 (t. 2, 28, 22 sq).

Decl. 29 (t. 6, 604, 10—13) parasitum haec verba proferentem inducit Lib.: ἐραστὴς .. αὐχμηρός ἐστι τὴν κόμην et ὑπαίθριος ταλαιπωρῶν χαμευνῶν ἀνέχεται. Singula deprompsit e Conv. p. 203 D, quo loco Socrates de Amore disserit[1]. Rerum condicionem, quam indicant Socratis verba Phaedr. p. 236 E: πῶς γὰρ ἂν οἷός τ' εἴην τοιαύτης θοίνης ἀπέχεσθαι; libere suam fecit Libanius ep. 729. Convivio (p. 179 A): ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι .. λιπὼν τάξιν .. ἧττον ἂν δή που δέξαιτο ἢ .. ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων καὶ πρὸ τούτου τεθνάναι ἂν μυριάκις ἕλοιτο usus est Lib. or. 39 (t. 3, 269, 14 sqq). Inde verisimile fit Libanium huius loci memorem fuisse etiam decl. 11 (t. 5, 514, 17 sq), decl. 21 (t. 6, 335, 18 sq), decl. 38 (t. 7, 268, 5), quibus cum Platone consentiens μυριάκις praebet. E Platone praeterea textus decl. 39 (t. 7, 311, 8): ⟨ἀποθανεῖν⟩ δεξαίμην ἂν μᾶλλον κτλ. supplendus est[2].

De Iuliani imperatoris philosophia locutus Lib. or. 13 (t. 2, 67, 6 sq) dicit: τοῦ ποτιμωτέρου τῶν ναμάτων ἐγεύσω. His verbis indicat rerum condicionem * Tim. p. 75 E, quo loco cum fluvio dictio comparatur. — Hipp. mai. p. 295 B Socrates aliquid inquisiturus Hippiae dicit: ἐὰν μὲν εὕρωμεν, κάλλιστα ἕξει· εἰ δὲ μή, στέρξω, οἶμαι,

[1]) Vid. p. 64. [2]) Ad eundem fontem, ad quem redit Dionys. Halicarn. ant. 4, 24, 6: μυρίων ἄξια διαπεπραγμένα θανάτων (quo cum loco cf. Axioch. p. 368 D: τὴν ἀπότευξιν .. μυρίων θανάτων κρείττω) spectant Libanii decl. 12 (t. 5, 548, 4 sq), decl. 20 (t. 6, 307, 8 sq), decl. 32 (t. 7, 60, 9 sq), decl. 50 (t. 7, 715, 1).

τῇ ἐμῇ τύχῃ. Huius loci statum imitatur Libanius decl. 4 (t. 5, 279, 12 sq). — Conv. p. 182 E: ἐξουσίαν ὁ νόμος δέδωκε τῷ ἐραστῇ κτλ. obversatur Libanio decl. 24 (t. 6, 459, 17 sq). Eodem fere modo, quae Plato Leg. 10 p. 907 D: λόγος οἷος ἂν τῶν νόμων ἑρμηνεὺς ὀρθῶς γίγνοιτο ἡμῖν disserit, repetit Lib. decl. 13 (t. 6, 15, 2)[1]. De Lycurgo refert Plato Conv. p. 209 D: παῖδας κατελίπετο ἐν Λακεδαίμονι σωτῆρας τῆς Λακεδαίμονος. Certe hunc locum innuit decl. 24 (t. 6, 446, 15 sq).

Verbis paulum mutatis eandem fere condicionem reddunt Plato *Phaedr. p. 235 B: τῶν γὰρ ἐνόντων ἀξίως ῥηθῆναι ἐν τῷ πράγματι οὐδὲν παραλέλοιπεν et Lib. or. 1 (t. 1, 137, 7 sq). — Ad Phileb. p. 55 C: μὴ . . ἡδονῆς . . ἐξέτασιν πᾶσαν ἐπιχειρῶμεν ποιήσασθαι, νοῦ δὲ κτλ.[2] spectant Libanii verba decl. 4 (t. 5, 231, 7 sqq).

Certe verba or. 1 (t. 1, 142, 15 sq), in quibus infinitivum, ut saepissime in epistulis, imperativi vim habere docet schol. V, spectant ad * Remp. 1 p. 328 C: οὐδὲ θαμίζεις ἡμῖν καταβαίνων εἰς τὸν Πειραιᾶ. Eundem locum imitatur or. 54 (t. 4, 80, 2 sq): ἀδικεῖς οὐ θαμίζων ἡμῖν et (ib. p. 90, 12 sq): θαμίζειν ὡς αὐτόν. Similes praeterea sunt loci Hipp. mai. p. 281 B et Xen. Cyr. 7, 3, 2. At cum Prot. p. 310 E comparanda sunt verba ep. 406: τί δὲ οὐ δεῦρο βαδίζεις ἡμῶν ὄντων ἐνθάδε;

Quod morosus sibi expetit decl. 26 (t. 6, 542, 17—543, 1), libere Phaedonis condicioni * p. 60 A sq et 117 D explicatae respondet; eodem enim modo atque Socrates Xanthippam morosus uxorem suam loquacem dimittit, ne morienti intersit; cf. imprimis verba: ἐκείνην μὲν ἀπῆγόν τινες τῶν τοῦ Κρίτωνος βοῶσάν τε καὶ κοπτομένην.

De Amphiarao Aeschylus Sept. 592 nuntium dicentem facit: οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ᾽ εἶναι θέλει. Hic locus Platoni placuit, qui Rep. 2 p. 361 B viro iniusto iustum opponit, et eiusdem loci Aeschylei meminit Gorg. p. 517 B. Hos locos suos fecit Libanius or. 18 (t. 2, 324, 5 sq) et sub finem ep. 1037.

Iustitiam Plato Rep. 1 p. 336 E vocat: πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον. Valde hic locus Libanio placuit; libere enim imitatur eum ep. 233: πολλοῦ χρυσίου τιμιώτερον κτῆμα κτησάμενος, ep. 374, ep. 678, decl. 20 (t. 6, 312, 18 sq), denique ep. 1229: ἀνὴρ δὲ τοιοῦτος ἐπαινέτης ἀνδρὶ σώφρονι τιμιώτερον τῶν Γύγου χρημάτων.

Cum ep. 843 ad Ellebichum scriberet: ἡμῖν τε οὐδεμίαν τοιαύτην παρὼν ἐνεωράκεις κακίαν, magis condicionis Gorg. p. 477 B: κακίαν ἄλλην τινὰ ἐνορᾷς quam Theagis p. 127 E: ἐμοὶ δὲ τούτων

---

1) Platonem hoc loco respici consentio cum Fuhrio, Berl. phil. Woch. 1915, 1100. 2) Vid. infr. cap. 3 B 2 γ.

οὐδὲν ἐνορᾷ οὐδέτερος memor fuit. Vocabulis *ἐνορᾶν* et *κακίαν* adhibitis evincitur Platonem Libanium secutum esse, non Her. 1, 37 et 38.

Gravis est similitudo, quae intercedit inter Crat. p. 423 A: *ἥρομεν ἂν πρὸς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρα* et ep. 661: *τὴν χεῖρα ἄρας πρὸς τοὺς θεοὺς εὔξατό σοι κτλ.;* agitur enim de more sacro. Praeterea cf. or. 36 (t. 3, 234, 11 sq), or. 42 (t. 3, 311, 1 sq), or. 46 (t. 3, 390, 2 sq). Menex. p. 247 A legitur: *ἡμῖν, ἂν μὲν νικῶμεν ὑμᾶς ἀρετῇ, ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει, ἡ δὲ ἧττα, ἐὰν ἡττώμεθα, εὐδαιμονίαν.* Huius dialogi condicio Libanio placuit ep. 915: *Εὐδαίμων γε ὁ Πηλεὺς οὑτοσὶ τῆς ἥττης καὶ μᾶλλόν γε ἢ εἰ ἐνενικήκει.* Vocabula enim *εὐδαιμονία* et *εὐδαίμων* inter se respondent. Fortasse ad eundem locum spectat ep. 1125: *ἀσπάσομαι τὴν ἧτταν ὡς νίκην.* —

Locutionis, quae proverbii vim habere videtur, decl. 37 (t. 7, 245, 13 sq) adhibitae testimonia exstant apud * Her. 8, 74: *ἅτε περὶ τοῦ παντὸς ἤδη (τὸν) δρόμον θέοντες,* 9, 37, 1, * Ar. Vesp. 375 sq, * Theaet. p. 172 E: *πολλάκις δὲ καὶ περὶ ψυχῆς ὁ δρόμος*[1]. Ad Libanii formam proxime accedit Platonis formula una cum Her. 8, 74 coniuncta.

Or. 12 (t. 2, 29, 6—9) Libanius memor est Platonis Conv. p. 212 D[2]. Ceterum tales descriptiones Libanius in similitudinem locorum Platonis effingere adamat: cum Rep. 9 p. 573 D: *κῶμοι καὶ θάλειαι καὶ ἑταῖραι κτλ.* comparo laud. 7 (t. 8, 263, 14 sq). Similis est locus Theaet. p. 173 D, quocum conferre licet decl. 25 (t. 6, 485, 9 sq). Locus autem decl. 12 (t. 5, 556, 12—18) in similitudinem quandam cum horum locorum tum Convivii l. l. effictus est. Cf. etiam Aeschin. or. 1, 42.

Or. 1 (t. 1, 109, 13—16) descriptionem suam ex eodem poeta lyrico hausisse videtur, cuius Horatius meminit carm. 1, 1, 21 sq. Praeter eum autem Phaedrum (p. 229 B) respexit, cuius monent flosculi *κατακλιθῆναι* et *διαφανῆ τὰ ὕδατα.* — Alc. 2 p. 144 B Socrates quaerit: *οὐ γὰρ δήπου τὸν ἐντυχόντα* (scil. *ἀποκτεῖναι τολμήσαις ἄν);* Haec rerum condicio ei obversata est or. 64 (t. 4, 459, 9 sq): libere autem ab interficiendo ad feriendum Platonis locum mutavit.— Initio narratiunculae de inferis prolatae[3] Socrates Gorg. p. 523 A haec verba facit: *λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσει μῦθον, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐγὼ δὲ λόγον.* Quae ante oculos habuit Libanius decl. 12 (t. 5, 559, 16 sq),

---

[1]) Eadem locutio Aristidi quoque probata fuit or. pro IV viris habita (t. 2, 340, 18 Dind.). [2]) Id observavit Herwerdenus, mus. Rhen. 60, 1905, 110. [3]) Quam exscripserunt Plutarchus mor. p. 120 F, Euseb. praep. ev. 12, 6, Theodoret. therapeut. p. 279 R., Stob. ecl. 1, 41, 13.

fortasse etiam ep. 1033: *εἰ δέ με οἰήσῃ ῥαψῳδεῖν καὶ μύθους ταῦθ' ἡγησάμενος ἀμελήσεις κτλ.*

* Phaedri condicionem p. 256 A: *περιβάλλει τὸν ἐραστὴν καὶ φιλεῖ* imitatur Libanius or. 42 (t. 3, 322, 17 sq). Locum Reip. 10 p. 607 A: *φιλεῖν με χρὴ καὶ ἀσπάζεσθαι,* qui Plutarchi (mor. p. 209 C) plausum tulit, suum fecit ep. 475. Loci autem or. 29 (t. 3, 67, 4 sq) et decl. 33 (t. 7, 90, 11) propius ad * Aesch. Ag. 1559: *περὶ χεῖρε βαλοῦσα φιλήσει* quam ad Platonem accedunt.

Plato * Rep. 9 p. 586 A homines ineruditos cum pecudibus componit: *βοσκημάτων δίκην κάτω ἀεὶ βλέποντες.* Haec condicio placuit Libanio decl. 1 (t. 5, 120, 5 sq), nisi forte respexit Theaet. p. 162 E: *δεινόν, εἰ μηδὲν διοίσει εἰς σοφίαν ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων βοσκήματος ὁτουοῦν*[1]. Iisdem locis Platonis utitur Lib. decl. 30 (t. 6, 643, 11—15); formam vero enuntiati in similitudinem quandam loci Gorg. p. 512 D effinxit: *τόν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα ἐατέον ἐστὶ καὶ οὐ φιλοψυχητέον*[2]*;* Similis est illa cum captivis comparatio, quam adhibent Plato Gorg. p. 483 B: *οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς τοῦτό γ' ἐστὶ τὸ πάθημα . ., ἀλλ' ἀνδραπόδου τινός* et Libanius decl. 32 (t. 7, 44, 5 et 8 sq); sed tertium comparationis membrum rhetor mutavit.

Cum Libanius scholas habere a Festo vetitus esset, adulescentes *ὑπ' ἀνάγκης ἐξῄεσαν πολλάκις μεταστρεφόμενοι πρὸς ἐμέ τε καὶ τὰ ῥηθησόμενα* (or. 1 t. 1, 157, 20 sqq). Factum esse potest, ut, cum haec scriberet, Socratis morituri memor esset (Phaed. p. 116 D: *ἅμα δακρύσας μεταστρεφόμενος ἀπῄει),* neque vero certis argumentis id probari potest.

De pullorum lascivia Plato disserit Leg. 2 p. 653 E: *τὰ μὲν ἀλλόμενα καὶ σκιρτῶντα οἷον ὀρχούμενα μεθ' ἡδονῆς . ., τὰ δὲ κτλ.*: hunc locum suum fecit Lib. ethop. 17 (t. 8, 413, 8). — Socratis quaestionem (Phaed. p. 74 B): *αὐτὰ τὰ ἴσα ἔστιν, ὅτε ἄνισά σοι ἐφάνη;* reddit Libanius ep. 764, ep. 865, ep. 1029. Politici p. 286 C condicionis: *δείσαντες μὴ περίεργα ἅμα καὶ μακρὰ λέγοιμεν* memor est Lib. decl. 2 (t. 5, 144, 10) et decl. 23 (t. 6, 415, 5). — Ad Gorgiae condicionem (p. 456 B): *μέγα δέ σοι τεκμήριον ἐρῶ* accedunt decl. 1 (t. 5, 30, 8) et decl. 5 (t. 5, 354, 7 sq); cum Crit. p. 46 D: *ἦν δὲ παιδιὰ καὶ φλυαρία ὡς ἀληθῶς* confero or. 1 (t. 1, 150, 8 sq). — Ad Demod. p. 385 C: *ἠλιθιότητος σημεῖον οὐ σμικρὸν κτλ.* spectat or. 1 (t. 1, 124, 21). — Magis ad Euth. p. 15 A: *τί δήποτ' ἂν εἴη ταῦτα;* quam ad Theaet. p. 155 C: *θαυμάζω τί ποτ' ἐστὶ ταῦτα,* spectat defensoris Socratis quaestio decl. 1 (t. 5, 43, 12). — Cum Alc. 1 p. 119 A:

[1]) Markowskius p. 139 eandem sententiam apud Aristot. Eth. Nicom. 1, 3 inveniri annotat. [2]) Quae sententia etiam Antonino philos. 7, 46 placuit.

τί οὖν διανοεῖ περὶ σαυτοῦ; comparo decl. 22 (t. 6, 351, 1 sq). — Conv. p. 219 C legitur: δικασταὶ γάρ ἐστε τῆς Σωκράτους ὑπερηφανίας: libere hunc locum suum fecit Libanius decl. 12 (t. 5, 560, 11 sq). — Convivii loco similis est Menex. p. 240 D: κολασάμενοι τὴν ὑπερηφανίαν ὅλης τῆς Ἀσίας; huius meminit Lib. or. 5 (t. 1, 316, 3 sq): ἡ θεὸς ἀπλοίᾳ τὴν ὑπερηφανίαν κολάζουσα.

Theaeteti condicionem p. 172 A: ὁμολογήσει ξύμβουλόν τε ξυμβούλου διαφέρειν imitatur Lib. ep. 736. — Ep. 880 scribit Libanius: ἡμῖν τε γὰρ ἦν ἐπιμελὲς εἰδέναι τὰ σά. Similis est condicio Conv. p. 172 C. E vocabulis ἐπιμελές et εἰδέναι ab ambobus adhibitis alterum locum ex altero pendere colligere licet. — Or. 64 (t. 4, 454, 3—6) eandem sententiam pronuntiat Lib. atque * Luc. Pisc. 31, qui et ipse Reip. 3 p. 395 D meminisse videtur, quo loco Plato de theatro disserit: οὐ δὴ ἐπιτρέψομεν.., ὧν φαμεν κήδεσθαι,.. γυναῖκα μιμεῖσθαι ἄνδρας ὄντας ἢ νέαν ἢ πρεσβυτέραν.

Apol. p. 32 C: μετὰ τοῦ νόμου καὶ τοῦ δικαίου ᾤμην μᾶλλόν με δεῖν διακινδυνεύειν ἢ.. Libanius decl. 16 (t. 6, 146, 3 sq) respexit. — Gorg. p. 526 A Socrates dicit: ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀδικεῖν γενόμενον δικαίως διαβιῶναι. Ad hunc locum, qui aliis quoque auctoribus placuit[1], spectat Libanius ep. 1011: τούτου μὲν οὖν σοι χάρις, ἐν ἐξουσίᾳ πολλῇ τοῦ ψεύδεσθαι τοῦτο οὐ πεποιηκότι. Sententiam Platonis in universum dictam singillatim perscripsit. — Vocabula παίζειν et σπουδάζειν opponere adamant cum alii auctores, ex. gr. *Xen. Mem. 4, 1, 1, * Isocr. or. 10, 11, tum Plato * Phaedr. p. 234 D, quo loco Socrates interrogat: δοκῶ γάρ σοι παίζειν καὶ οὐχὶ ἐσπουδακέναι; Gorg. p. 481 B: σπουδάζει ταῦτα Σωκράτης ἢ παίζει; saepius. Libanii locus decl. 26 (t. 6, 539, 1 sq) proxime ad Gorgiae condicionem accedit; de Apol. autem p. 27 A admonet ep. 853: παίζοντος ταῦτα ἦν. Ceteri loci: ep. 18: εἰ δὲ παίζοντος ἐκεῖνα ἦν, οὐδὲ τοῦτο σπουδάζοντος, decl. 26 (t. 6, 514, 6 sq), ep. 496, decl. 19 (t. 6, 276, 3 sq), num cum Platone cohaereant, parum constat[2].

* Prot. p. 310 E Hippocrates, ubi Protagoram Athenas advenisse audivit, mane Socratem adiens, ut secum ad illum properet, orat: αὐτὰ ταῦτα καὶ νῦν ἥκω παρά σε. Hanc condicionem liberrime suam fecit Libanius decl. 11 (t. 5, 515, 4 sq). Nam ne Socrates quidem adulescentulo illi obsequi vult. — Or. 59 (t. 4, 255, 1 sqq) Foerster relegat ad * Polit. p. 262 D: τὸ μὲν Ἑλληνικὸν.. μιᾷ κλήσει προσειπόντες [αὐτὸ] διὰ ταύτην τὴν μίαν κλῆσιν καὶ γένος ἓν αὐτὸ εἶναι προσδοκῶσιν.

---

1) Aristid. or. 45 (t. 2, 115, 22 D.), Theodoret. therap. p. 309 R. 2) Astius (ann. ad Phaedr. p. 236 B) vocabuli σπουδάζειν usum e Phaedro fluxisse sibi persuasit.

Agitur enim apud ambos de multitudine hominum, qui uno comprehenduntur nomine. — Condicionem Reip. 3 p. 403 E: *γελοῖον . . τόν γε φύλακα φύλακος δεῖσθαι* Lib. or. 22 (t. 2, 486, 6 sq) liberrime mutavit.

De pratis inferorum disputat [Plato] Ax. p. 371 C: *παντοῖοι δὲ λειμῶνες ἄνθεσι ποικίλοις ἐαριζόμενοι.* Libanius quod scribit ep. 980: *ἐν τοιούτοις τοίνυν ἄνθεσιν ἡμῶν διατριβόντων,* or. 13 (t. 2, 79, 5 sq), ep. 244: *τῆς σοφίας, ἣν δὴ λειμῶνος ποικιλωτέραν δεικνύων πάλαι κρατεῖς,* factum esse potest, ut loci Axiochi memor esset, sed potius e natura ipsa hanc imaginem deprompsit. Ad Remp. 6 p. 487 B: *πρὸς μὲν ταῦτά σοι οὐδεὶς ἂν οἷός τ' εἴη ἀντειπεῖν* spectare potest or. 31 (t. 3, 137, 3 sq). — Gorgiae verba (p. 509 A) Libanio obversata videntur esse, qui ep. 1122 Androcli[1] rhetori scribit: *ἦν, ὅτε ἐγίνοντο λόγοι χρυσοῖ, τὰ νῦν δὲ σιδηροῖ πάντες.* — Rerum condicionem Leg. 10 p. 888 B explicatam: *κριτὴς περὶ τῶν μεγίστων γίγνεσθαι* libere suam fecisse videtur decl. 25 (t. 6, 469, 8—11): *σκοπῶμεν, ὅπως μὴ τοὺς δι' ἔρωτα νικωμένους ταῖς ἡδοναῖς κριτὰς . . ποιούμενοι περὶ τῶν μεγίστων ἡμεῖς ἐξαμαρτάνωμεν.* — Quod invidum quaerentem fingit decl. 30 (t. 6, 648, 13 sq): *οὐκοῦν ἑτέρωσε βέλτιον . . μεταστῆναι ἢ τεθνάναι;* Libanius de Crit. p. 53 D sqq (vid. p. 38) cogitasse videtur, quo loco Socrati, ut aliam in urbem fugiat, summopere persuadere amici student.

Cum Gorg. p. 486 B: *βοηθεῖν μηδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων* comparo ep. 284: *βοηθοῦσιν ἐκ τῶν ἐσχάτων εἶναι δοκούντων ῥᾳδίως ἐκσῴζοντες.* — Fortasse sumere licet Libanium ep. 161: *αἱ τεκοῦσαι ταῖς τίκτουσαις παροῦσαι καὶ συναλγοῦσι καὶ συμπονοῦσι* in animo habuisse Theaeteti condicionem (p. 149 B): *οὐδεμία αὐτῶν* (h. e. *μαιῶν) ἔτι αὐτὴ κυϊσκομένη τε καὶ τίκτουσα ἄλλας μαιεύεται, ἀλλ' αἱ ἤδη ἀδύνατοι τίκτειν.* — Or. 48 (t. 3, 446, 21) locum Gorg. p. 514 A: *παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους ἐπὶ τὰ οἰκοδομικά* imitari videtur. — Ad Conv. p. 217 B: *δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πάντα τἀληθῆ λέγειν* spectant fortasse verba Libanii ep. 1533: *δεῖ γὰρ δὴ πρός γέ σε τἀληθῆ λέγειν.* — Cum or. 55 (t. 4, 120, 16 sq): *διὰ τί τῶν παρόντων ἀμελῶν τὰ ἀπόντα ζητεῖς;* fortasse componere licet Socratis verba Apol. p. 31 B: *οὐ γὰρ ἀνθρωπίνῳ ἔοικε τὸ ἐμὲ τῶν μὲν ἐμαυτοῦ ἁπάντων ἠμεληκέναι καὶ ἀπέχεσθαι . ., τὸ δὲ ὑμέτερον πράττειν ἀεί:* similes sunt decl. 21 (t. 6, 332, 18—333, 4) et or. 63 (t. 4, 397, 10 sqq), qui loci e Platone pendere videntur. — Ad locum or. 54 (t. 4, 96, 10 sq) accedunt * Plat. Phaed. p. 72 C: *λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειε καὶ οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο,* * Dem. or. 18, 310, 19, 116: sed nullus plane ei respondet. — Quanam ratione

[1]) Seeck. p. 70.

vita degenda sit, quaerens Plato disserit Leg. 5 p. 730 C: *χρόνου δὲ προϊόντος γνωσθεὶς εἰς τὸ χαλεπὸν γῆρας ἐρημίαν αὑτῷ κατεσκευάσατο ἐπὶ τέλει τοῦ βίου.* Alia est structura verborum ep. 351: *χαλεπὸν αὑτῷ παρασκευάζοντα τὸ γῆρας*: itaque hunc locum ad Platonem referre dubito. Idem iudico de similitudine quadam verborum inter Theaet. p. 150 D: *αὐτοὶ παρ' αὑτῶν πολλὰ .. εὑρόντες* et decl. 23 (t. 6, 386, 6 sq) intercedente. — Eryx. p. 397 D legitur: *Πρόδικος ὁ Κεῖος ἐδόκει τοῖς παροῦσι φλυαρεῖν*: num hanc dialogi condicionem suam fecerit Lib. decl. 14 (t. 6, 92, 9): *ἐδόκουν τὰ τοιαῦτα παραινῶν φλυαρεῖν,* decl. 11 (t. 5, 521, 15), or. 23 (t. 2, 501, 3), stabiliri nequit, cum de vitae cotidianae locutione agatur. — Quaeritur, num cum Phaed. p. 95 E: *ὁ οὖν Σωκράτης συχνὸν χρόνον ἐπισχὼν καὶ πρὸς ἑαυτόν τι σκεψάμενος .. ἔφη*[1] componere liceat decl. 22 (t. 6, 357, 12).

Quod ep. 354 legitur: *τὴν ὀξύτητα τοῦ νοῦ,* revocat in mentem [Plat.] defin. p. 412 E: *ἀγχίνοια · ὀξύτης νοῦ,* quae definitio e Charm. p. 160 A orta est, aeque atque ceterae definitiones ad Platonis opera genuina referuntur. Similes sunt Libanii ep. 18: *γνώμης ὀξύτητα,* ep. 134: *τῶν πατρῴων φρενῶν .. τὴν ὀξύτητα δεικνύεις,* laud. 5 (t. 8, 256, 8): itaque ne ep. 354 quidem ad definitiones referre licet. — Legitur or. 59 (t. 4, 209, 16 sqq): *τῶν αἰσχίστων ἡγούμην τοὺς μὲν γεωργοῦντας ἀποφέρειν τῶν καρπῶν τοῖς βασιλεῦσι τὰς ἀπαρχάς.* Plato autem impediendum esse exponens, quominus in luxuriam otiumque desidiosum homines turpiter incidant, quaerit Leg. 7 p. 806 D: *τίς δὴ τρόπος ἀνθρώποις γίγνοιτ' ἂν τοῦ βίου, οἷς τὰ μὲν .., γεωργίαι δὲ ἐκδεδομέναι δούλοις ἀπαρχὴν τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀποτελοῦσιν ἱκανὴν ἀνθρώποις ζῶσι κοσμίως;* Similitudo horum locorum exigua tantum est; itaque Platonis loci rhetorem memorem fuisse nego. — Vix ad Tim. p. 79 D: *οἷον ἐν αὑτῷ πηγήν τινα ἐνοῦσαν πυρὸς* referendus est locus ep. 1074: *ἔχειν πηγὰς δοκῶν ἐν αὑτῷ γέλωτος.*

Denique affero locum illum, quo vocabulis plane mutatis eandem rerum condicionem exprimit: quod enim ep. 246 scribit Libanius: *δέχου παρ' ἡμῶν ἐνύπνιον ἀντ' ἐνυπνίου,* sine ullo dubio reddit Theaeteti p. 201 D: *ἄκουε δὴ ὄναρ ἀντὶ ὀνείρατος.* Verisimile denique est eundem locum Libanium in animo habuisse ep. 1538: *ἔλθετε κοινωνήσαντες ὀνειράτων.*

---

[1]) Idem Platonis locus Gregorio Nyss. III 88 C obversatus esse videtur: *μικρὸν ἐπισχὼν καὶ ἀναλαβὼν τὴν τῶν εἰρημένων διάνοιαν.*

5. Alludit tantum paucis verbis ad certas dialogorum condiciones.

Iam venio ad eos locos, quibus Libanius paucis tantum verbis certum dialogi locum significat.

Sine ullo dubio e Platone fluxit decl. 5 (t. 5, 348, 1): κἂν διὰ τῶν τομίων πορεύηται. Eandem enim locutionem adhibet Plato Leg. 6 p. 753 D. „In pactis, foederibus, aliis rebus similibus sollemniore modo ac ritu sanciendis antiquitus fuit usitatum per medias hostias mactatas transire“[1]. Huius ritus iisdem verbis nullo veterum loco mentio fit. Demosthenis enim verba (or. 23, 68), qui eum, qui in Areopago homicidii aliquem accusaret, dicta sua στάντα ἐπὶ τομίων κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου iure iurando confirmasse dicit, multo longius quam Platonis locus[2] a Libanio distant.

Quod ep. 705 legitur: ἡ τοῦ λόγου ψῆφος πάθος ἦν ἐρωτικόν, aperte alludit Lib. his verbis ad Phaedr. p. 265 B[3]. Fieri potest, ut etiam locus ep. 674 Caesario datae: ἐρωτικόν τι πέπονθε ad Platonis l. l. referatur. — De Theodosio imperatore cum dicit Lib. ep. 1024: πρόσωπον ὁρῶν τὸ θεοειδές, spectat, ut congruentia vocabulorum evincitur, ad Phaedr. p. 251 A. Eundem appellat: ὦ θεία κεφαλή or. 19 (t. 2, 414, 1) et or. 50 (t. 3, 472, 1 sq): similiter autem Alcibiades Socratem vocat Phaedr. p. 234 D: μετὰ σοῦ τῆς θείας κεφαλῆς. Hos locos e Platone[4] fluxisse crederem[5], nisi tam saepe haec appellatio apud Libanium inveniretur, ut potius omnium in usu eam fuisse conici debeat: legitur enim ep. 712, 1025, 1065, 1274, 1279, 1350, or. 16 (t. 2, 174, 3 sq)[6].

Ad Phaedr. p. 267 B: συντομίαν τε λόγων καὶ ἄπειρα μήκη περὶ πάντων ἀνεῦρον alludit decl. 26 (t. 6, 529, 11). — Legum condicionem l. 8 p. 839 D: οὐκ ἔστιν ὑπὲρ ἄνθρωπον in suum usum vertit Libanius decl. 28 (t. 6, 582, 16—583, 1). — Eodem modo ad Remp. 6 p. 494 D: ἐάν τις ἠρέμα προσελθὼν τἀληθὲς λέγῃ alludit decl. 14 (t. 6, 102, 8), ad Remp. 3 p. 413 A: οὐ τὰ ὄντα δοξάζειν ἀληθεύειν δοκεῖ σοι εἶναι; ep. 255. — Phaedri p. 269 B: ῥῆμά τι εἰπεῖν ἀπαίδευτον memor est or. 42 (t. 3, 313, 21). — Or. 17 (t. 2, 213, 4 sq) et ep. 290: τὸ κάλλος ἦν ἀμήχανον magis quam Rep. 10 p. 615 A et

---

1) Stallbaumii (ann. ad Leg. l. l.) verbis utor. 2) Platonis librarii plurimi pro τομίων scripserunt αὐτῶν, pauci tantum libri (AB teste Stallb.) veram servaverunt lectionem. Nec minus inter se differunt Libanii libri. 3) Idem locus ut Procopio ep. 87 (= 1559 W.), ita aliis quoque auctoribus placuit, ex gr. Charit. 1, 1, 1. 4) Perperam ad Hom. Ψ 94: ἠθείη κεφαλή relegat Pohlschmidtius. p. 32. 5) Idem iudicat Astius ad Phaedr. l. l. 6) Praeterea cf. Themistium or. 9 p. 128a, 14, 183d, 20, 234d, Himerium or. 13 p. 600: ὦ θείας κεφαλῆς παῖ.

Charm. p. 155 C sq condicionem Convivii (p. 218 E): ἀμήχανόν τοι (τι VC) κάλλος ὁρῴης ἂν ἐν ἐμοί suam fecit. — Quod or. 62 (t. 4, 354, 5 sq) Libanius dicit: τοῦτο δὴ μέγιστον ἠναντίωταί μοι, in mentem revocat Socratis Apol. p. 40 A de daemonio verba (vid. p. 24). — Ad finem autem Apologiae (p. 42): δίκαια πεπονθὼς ἐγὼ ἔσομαι παρ' ὑμῖν respiciunt verba or. 23 (t. 2, 496, 9 sq). — Ad * Crit. p. 53 C: ἆρα ἄξιόν σοι ζῆν ἔσται; alludit certe or. 24 (t. 2, 516, 5 sq).

* Phaedri condicionem p. 274 E: μνήμης τε γὰρ καὶ σοφίας φάρμακον εὑρέθη et p. 275 A respicit Libanius or. 12 (t. 2, 17, 6 sq). — Timaei locum (p. 28 C), quo agitur de creatione mundi (vid. p. 9), iterum or. 64 (t. 4, 427, 19—428, 1) suum in usum vertit. — Ad * Apol. locum p. 38 A: ὁ .. ἀνεξέταστος βίος οὐ βιωτὸς ἀνθρώπῳ referenda sunt Libanii verba decl. 15 (t. 6, 124, 17 sq)[1]. — * Prot. p. 326 B legitur: πᾶς γὰρ ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου εὐρυθμίας .. δεῖται. Ad hanc condicionem spectat Lib. or. 11 (t. 1, 488, 4). — Rerum condicionem Reip. l. 5 p. 459 B sq, quo loco Plato de conubiis hominum loquitur (cf. imprimis 460 D: ἐξ ἀκμαζόντων δεῖν τὰ ἔκγονα γίγνεσθαι), in animo habuisse videtur, cum scribebat ep. 857: ῥώμην ἔχοντες, ὅσην εἰκὸς παῖδας ἀκμαζόντων πατέρων. — Ad Socratis * Phaedr. p. 230 D[2] verba alludit Lib. ep. 564: σοὶ δ', εἰ μὲν ἀνθ' ἡμῶν ἀρκεῖ τὰ δένδρα, σκόπει πρὸς σεαυτόν, εἰ καλῶς ἀρκεῖ. — Phaed. p. 65 B interrogat Socrates: ἆρα ἔχει ἀλήθειάν τινα .. ἢ τά γε τοιαῦτα καὶ οἱ ποιηταὶ ἡμῖν ἀεὶ θρυλοῦσιν; hanc condicionem respexit Libanius decl. 15 (t. 6, 130, 17 sq).

Mortem Socrates comparat cum somnio perpetuo somniisque vacuo * Ap. p. 40 D. Huius loci rerum condicionem innuit Lib. decl. 26 (t. 6, 542, 4 sq et 8 sqq). Plato enim dixerat: εἴ γε μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν (sc. ὁ θάνατος), ἀλλ' οἷον ὕπνος, ἐπειδάν τις καθεύδων μηδ' ὄναρ μηδὲ ὁρᾷ, θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος.

Ad verba, quae Conv. p. 203 D de Amoris natura Socrates fecit (p. 56), factum esse potest, ut spectaret or. 46 (t. 3, 394, 13 sq): ⟨αὑτοὺς⟩ εὐδαιμονίζοντες, εἰ κοιμηθεῖεν αὐτοῖς περὶ τὰς θύρας. * Conv. p. 220 D de Ionum nonnullis, qui Socratem olim observaverint, Alcibiades narrat: χαμεύνια[3] ἐξενεγκάμενοι ἅμα μὲν ἐν τῷ ψύχει καθηῦδον, ἅμα δὲ κτλ. Huius loci memorem se praestat Libanius decl. 33 (t. 7, 101, 12). — Or. 21 (t. 2, 462, 19) meminit Conv. p. 217 E: ἀφανίσαι Σωκράτους ἔργον ὑπερήφανον[4].

---

[1]) Longius, quam ut e Platone pendeant, distant decl. 16 (t. 6, 147, 10), or. 45 (t. 3, 366, 1), or. 42 (t. 3, 330, 13). [2]) Vid. supra p. 44. [3]) Rarissima est vox χαμεύνιον, quam explicat schol. ad Plat. l. l.: ταπεινὰ κλινίδια. Testimonia omnia congerit Foerster ad l. l. [4]) Plutarcho quoque Per. 13, 1 hic flosculus placuit.

Locum *Conv. p. 218 A: *τὴν καρδίαν ἢ ψυχὴν γὰρ ἢ ὅ τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι πληγεὶς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων* plus vicies imitatum esse Libanium dicendum esset, si primum Platonem hasce locutiones litteris mandavisse conicere liceret. At cum omnes colorem quendam poeticum prae se ferant et re vera similes apud Sophoclem et Aristophanem inveniantur, Platoni eas vindicare dubito: apud * Ar. Ach. 1 enim legitur: *δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν;* cf. or. 43 (t. 3, 340, 3 sq), ep. 260, 883. Locutio *δάκνομαι τὴν ψυχήν* occurrit apud Theogn. 910: *δάκνομαι ψυχήν* et * Soph. Ant. 317; cf. or. 1 (t. 1, 154, 3), or. 10 (t. 1, 404, 23), or. 63 (t. 4, 400, 12), ep. 138. Neque vero usquam praeter Platonem locutio *πλήττεσθαι τὴν καρδίαν* invenitur; cf. or. 12 (t. 2, 41, 2 sq), or. 16 (t. 2, 172, 11 sq), or. 18 (t. 2, 246, 11 sq), ep. 341. Nec *πλήττομαι τὴν ψυχήν* alibi occurrit; cf. or. 1 (t. 1, 101, 1), or. 6 (t. 1, 360, 3), or. 15 (t. 2, 149, 7), or. 37 (t. 3, 240, 18), or. 38 (t. 3, 259, 15 sq), or. 51 (t. 4, 14, 21—15, 1), or. 58 (t. 4, 200, 8), decl. 30 (t. 6, 625, 8), decl. 31 (t. 7, 27, 3), decl. 36 (t. 7, 225, 7), decl. 42 (t. 7, 406, 15), vitup. 7 (t. 8, 319, 5), ep. 913, 920, 1062.

* Ion. p. 535 E legitur: *ἐὰν μὲν κλαίοντας αὐτοὺς καθίσω, αὐτὸς γελάσομαι.* Huius loci rerum condicio valde placuit Libanio; alludit enim ad hunc locum ep. 680: *κάθιζε δὲ κλαίοντας τοὺς κτλ.*, or. 15 (t. 2, 150, 10 sq), ep. 1351: *Πέρσας μὲν κλαίοντας ἐκάθισεν*, ep. 1302: *ἄλλους ἐκάθισε κλαίοντας.* Ep. 140: *αὐτοὺς ἀφώνους ἐκάθισας τῇ σεαυτοῦ φωνῇ* praeterea Rep. 1 p. 336 D: *δοκῶ .. ἄφωνος ἂν γενέσθαι* memor fuisse videtur. — Phaedr. p. 234 D socio interroganti, num oratio sibi placuerit: *οὐχ ὑπερφυῶς . . εἰρῆσθαι* (sc. *φαίνεται ὁ λόγος);* respondet Socrates: *δαιμονίως μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε.* Hoc responsum respexisse videtur Lib. decl. 28 (t. 6, 587, 5 sq).

Conv. p. 215 E: *πολύ μοι μᾶλλον ἢ τῶν κορυβαντιώντων ἡ . . καρδία πηδᾷ* ante oculos habuit Libanius, si quid video, ep. 302: *ἐπειδὰν τῆς περί σου μνήμης ἅψηται, πηδᾷ, κέκραγεν, ἀτεχνῶς κορυβαντιᾷ,* ep. 257: *οὐ τοὺς κορυβάντας παριὼν ἐν τῇ περὶ τοὺς λόγους μανίᾳ;* or. 54 (t. 4, 90, 6)[1].

E Gorg. p. 527 D: *σύ γε θαρρῶν πατάξαι τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν* (sc. *ἔασον)* rerum condicionem usurpavit Lib. or. 64 (t. 4, 444,

---

[1]) Hanc locutionem, quam in linguam Latinam vertit Plaut. Cist. 551: *cor salit,* Plato aut ex Arist. Nub. 1391 sq aut e Sophrone (cf. Apoll. de pron. p. 343 C, qui eius verba citat: *ἡ καρδία πηδᾷ*) novit; id veri similius est, quia Sophronis mimos eum in deliciis habuisse constat (vid. Schmid. in Christ. hist. litt. Gr. I⁶ p. 402 ann. 5).

5

8 sq). Ad Conv. p. 173 D: ἴσως καὶ ὑμεῖς ἐμὲ ἡγεῖσθε κακοδαίμονα εἶναι alludit Lib. ep. 1130.

* Rep. 9 p. 586 A de iis locutus, qui honorum cupidi non sunt, Plato dicit: βοσκημάτων δίκην[1] κάτω ἀεὶ βλέποντες καὶ κεκυφότες εἰς γῆν καὶ εἰς τραπέζας βόσκονται χορταζόμενοι καὶ ὀχεύοντες. Idem fere de hominibus impiis profert * Dem. or. 18, 323: κύπτων εἰς γῆν ὥσπερ οἱ δυσσεβεῖς et iam Aristoph. fr. 395: ἐς τὴν γῆν κύψασα κάτω .. βαδίζει. Hanc locutionem, quam praeter hos auctores Plutarchus saepius adhibet, amat Libanius; cf. decl. 50 (t. 7, 720, 4 sq) (∼ Plat. l. l.), ep. 357 (∼ Arist. fr. l. l.), or. 47 (t. 3, 410, 12), ep. 259, ep. 388, ep. 1046, ep. 1274, decl. 39 (t. 7, 303, 18), vitup. 6 (t. 8, 314, 8). Hi loci num ad Platonem referantur, stabiliri non potest. Ad Hipp. mai. p. 284 B: ἐν ἄλλῃ πόλει, ᾗ τις τῶν Ἑλληνίδων εὐνομεῖται referenda sunt verba Libanii decl. 4 (t. 5, 231, 19—232, 1).

Conv. p. 183 E exstant verba: ὁ τοῦ σώματος μᾶλλον ἢ τῆς ψυχῆς ἐρῶν: hanc dialogi condicionem suam fecit Lib. ep. 797 a: ἐρᾷ γὰρ ψυχῆς, οὐ σώματος. Fieri potest, ut ad eundem locum spectet ep. 398 Aristaeneto data: ἐρῶσι τῆς σῆς ψυχῆς et ep. 1133 Mario rhetori data: ψυχῆς γὰρ ἐρῶ. Quod ep. 797a verbis citatis antecedunt verba: ἐρᾷ γὰρ δὴ πρεσβυτέρου νεώτερος, factum esse potest, ut totam illam Convivii partem, qua Alcibiades de amore suo Socratis loquitur, maximeque p. 217 B ante oculos habuerit, id quod multo veri similius fit loco ep. 1083 supra p. 41 exscripto, quo Socrates nominatur. Ad eundem Convivii locum etiam ep. 1133 refero: εἰ δὲ ἐρῶ γέρων καὶ γεραιτέρου, μὴ θαυμάσῃς· ψυχῆς κτλ.

Ad Socratis Apol. p. 20 A verba alludit Libanius ep. 1048, ubi filium Scylacii patri similem esse affirmavit: ἡδὺ γάρ τι τοῦτο .. καὶ οὐκ ἐπ' ἀνθρώπου μόνον, ἀλλὰ καὶ πώλου καὶ μόσχου. — Vitam hominis muneribus vacui nonnunquam laudant auctores veteres: Thuc. 1, 70, 8: ξυμφοράν τε οὐχ ἧσσον ἡσυχίαν ἀπράγμονα (ἡγεῖσθαι), Plat. Rep. 10 p. 620 C Ulixem apud inferos sibi elegisse narrat: βίον ἀνδρὸς ἰδιώτου ἀπράγμονος, [Dem.] or. 10, 70: τὸν μὲν τῶν ἰδιωτῶν βίον ἀσφαλῆ καὶ ἀπράγμονα κἀκίνδυνον ὄντα. Inter Libanii locos or. 59 (t. 4, 274, 6 sq) magis, ut videtur, ad Thucydidem, decl. 15 (t. 6, 135, 10 sq) ad [Demosthenem] spectat. Ceteri loci, or. 55 (t. 4, 111, 20 sq), decl. 16 (t. 6, 148, 13 sq), ep. 239, quemnam ad fontem referendi sint, diiudicari non potest.

Similiter ad Rep. 8 p. 553 C sq: τὸ δέ γε λογιστικόν τε καὶ θυμοειδὲς .. καταδουλωσάμενος referenda sunt verba decl. 12 (t. 5, 559, 13 sq).

1) Vid. supra p. 59.

Decl. 25 (t. 6, 471, 11) vocabulo *ἀντεραστής* alludit ad Reip. condicionem l. 7 p. 521 B: *δεῖ γε μὴ ἐραστὰς τοῦ ἄρχειν ἰέναι ἐπ' αὐτό· εἰ δὲ μή, οἱ ἀντερασταὶ μαχοῦνται.*

Quod a Libanio or. 11 (t. 1, 443, 1), quam ad Antiochenos habuit, *τῶν ὡρῶν ἡ κρᾶσις* laudibus effertur, ep. 195 ipse Phoeniciae *κρᾶσιν τῶν ὡρῶν* praedicat, ep. 589: *τῆς τῶν ὡρῶν κράσεως* memor est, non tam Epin. p. 987 A: *τὸ κάλλος τῆς θερινῆς ὥρας, ἣν Αἴγυπτός τε καὶ Συρία ἱκανῶς κέκτηται,* quo loco de Libanii patria agitur, quam, ut e similitudine dictionis colligendum esse videtur, Phaedonis p. 111 B, quo de inferis res est: *τὰς . . ὥρας κρᾶσιν ἔχειν τοιαύτην ὥστε κτλ.,* vestigia premere videtur Libanius. E Tim. p. 24 C, quo loco de Athenis condendis Plato disputat, flosculum *εὐκρασία τῶν ὡρῶν* recepit or. 59 (t. 4, 274, 6): *εὐκρασίας ἀέρων*[1]. Potius de hoc loco quam de Criti. p. 111 E, quo de pristino Graeciae statu agitur et *ὥρας μετριώτατα κεκραμένας* Plato commemorat, vel de Polit. p. 272 A, quo de hominibus, qui Croni temporibus fuerint *(τὸ . . τῶν ὡρῶν αὐτοῖς ἄλυπον ἐκέκρατο),* quaestio est, cogitavisse videtur, cum scriberet ep. 1331: *ἀέρων κεκραμένων τὰς πόλεις ἀπολαῦσαι.* Ad Tim. p. 75 E, quo loco disserit de hominis structura corporis ad usum accommodatissima: *διὰ τὴν ἐν ταῖς ὥραις ἐφ' ἑκάτερον ὑπερβολήν,* spectant fortasse loci or. 11 (t. 1, 442, 15): *ὑπερβολαῖς δὲ ὡρῶν* et or. 12 (t. 2, 23, 18 sq): *τὴν δὲ τῆς ὥρας ὑπερβολήν.* — Denique Phaedri locos p. 229 A: *ἄλλως τε καὶ τήνδε τὴν ὥραν ἔτους τε καὶ τῆς ἡμέρας* et B, ubi sub platano Socrates et Phaedrus consederunt: *ἐκεῖ σκιά τε καὶ πνεῦμα μέτριον,* Libanio obversatos esse, cum scriberet ep. 148: *ἔστι καὶ παρ' ἡμῖν θέρος καὶ πνεῖ τότε μέτριος ἄνεμος,* haud ita veri dissimile esse censeam. — Decl. 1 (t. 5, 112, 8 sq) verba: *ὡς λόγος* a Libanio inserta esse, ut similitudo quaedam loci Apol. p. 40 E: *εἰ . . ἀληθῆ τὰ λεγόμενα* (cf. 41 C) efficiatur, censet Meiser p. 21. — Denique affero ep. 874: *ἥδιστ' ἂν αὐτοῦ πάντας ἀνθρώπους ἐποίησεν ἐραστάς.* Alludere Libanium ad Conv. p. 178 E (p. 44), quo loco res est de *στρατοπέδῳ ἐραστῶν,* veri dissimile est.

D. De comparationibus imaginibusque e Platone depromptis.

Venio nunc ad comparationes et imagines, quas Libanius e Platone deprompsit. Ut enim Plato ipse, ita Libanius quoque, ut dilucidiorem rem aliquam reddat, eas inicit sive Platonis exemplum sive, id quod malim, rhetorum praecepta secutus. Aeque atque dialogorum res varia ratione suas fecit, hic quoque modo copiose comparationes et imagines explicat modo alludit tantum ad eas.

[1]) Eadem phrasis legitur apud Polyb. 34, 8, 4 et Plut. mor. p. 101 B, 887 B.

1. De comparationibus.

a) Plato et Libanius comparationem ipsi indicant.

Inter comparationes primum quidem afferam locos eos, quibus ambo eas indicant.

Legitur ep. 644: *ῥεῖ γὰρ ἐκ τῶν σῶν φρενῶν ἐπὶ τοὺς ὁμιλοῦντας σύνεσις, ὥσπερ ἀπὸ τῶν χασμωμένων ἐπὶ τοὺς ὁρῶντας ὕπνος.* Quam comparationem hausit, ut congruentia locorum probatur, e Charm. p. 169 C[1]. Ep. 971: *ὅ με κατέδυσεν ὥσπερ τι πλοῖον* suam fecit comparationem, quam Plato adhibet Polit. p. 302 A. Socrates * Phaedr. p. 230 D dicit: *ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλὸν ἤ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσιν, σὺ κτλ.* Haec comparatio[2] Libanio adeo placuit, ut eam non solum in apologia Socratis exscriberet (decl. 1 t. 5, 26, 9), cum de sophistis loqueretur, sed etiam or. 54 (t. 4, 76, 21—77, 1)[3]. — * Rep. 3 p. 411 B, quo loco educationes gymnicam et musicam coniunctas semper esse oportere explicans musica sola effeminari homines fortes exponit, pergit dicere: *ἕως ἂν ἐκτήξῃ τὸν θυμὸν καὶ ἐκτέμῃ ὥσπερ νεῦρα ἐκ τῆς ψυχῆς.* Comparationem hoc loco explicatam imitatus est Libanius or. 18 (t. 2, 297, 8 sq). Men. p. 97 E Socrates exponit: *τῶν ἐκείνου ποιημάτων λελυμένον . . ἐκτῆσθαι οὐ πολλῆς τινος ἄξιόν ἐστι τιμῆς, ὥσπερ δραπέτην ἄνθρωπον . .· δεδεμένον δὲ πολλοῦ ἄξιον.* Inde fluxit comparatio a Libanio ep. 1473 adhibita. Alludit tantum ad eam ep. 309: *νομίζων οὕτως ἂν ἡμῖν καλῶς πεμφθῆναι τοὺς δραπέτας.* — Verba cum telis comparat Plato, cum Alcibiadem dicentem facit Conv. p. 219 B: *ἐγὼ μὲν . . ταῦτα . . εἰπὼν καὶ ἀφεὶς ὥσπερ βέλη* et Socratem Phil. p. 23 B: *οἷον βέλη ἔχειν ἕτερα τῶν ἔμπροσθεν λόγων.* Eandem comparationem adhibet ethop. 19 (t. 8, 417, 13 sq)[4]. Verba comparationis * Euthyd. p. 277 B: *ὁ Διονυσόδωρος ὥσπερ σφαῖραν ἐκδεξάμενος τὸν λόγον κτλ.* paululum iam mutavit ep. 851. Eodem modo tractavit Legum locum l. 5 p. 746 A: *δῆλος ὁ νομοθέτης . . ἐστὶν . . πάντῃ σχεδὸν οἷον ὀνείρατα λέγων* decl. 23 (t. 6, 403, 18 sq). Comparatio, qua utitur Plato Rep. 1 p. 330 C: *ὥσπερ γὰρ . . οἱ πατέρες τοὺς παῖδας ἀγαπῶσι, ταύτῃ κτλ.,* si modo exemplo opus erat, obversata est Libanio ep. 76: *ὥσπερ γὰρ οἱ γονεῖς τοὺς παῖδας φιλοῦσιν, ὅτι ἐγέννησαν, οὕτως κτλ.* — Liberius utitur comparatione Theaet. p. 161 C adhibita; Socrates enim, quanti Protagoras sophista aestimatus sit, exponens

[1]) Erasm. Adag. p. 517 nisus loco allato et Men. p. 80 A, quo cum torpedine Socrates comparatur, hanc comparationem proverbium fuisse censet, quod probat Wolfius. [2]) Haec Themistii quoque plausum tulit or. 21 p. 209 d: *προσείων ὥσπερ θαλλόν;* cf. Pohlschm. p. 31. Inter auctores posteriores legitur apud *Aen. Gaz. Theophr. p. 72, 16 ed. Boiss. [3]) Mark. p. 142. [4]) Vid. infra p. 70.

dicit: ἡμεῖς μὲν αὐτὸν ὥσπερ θεὸν ἐθαυμάζομεν ἐπὶ σοφίᾳ. Simillima de sophistis dicit decl. 1 (t. 5, 26, 15 sq)[1]. Animam e corpore quasi carcere morte solvi pronuntiat Socrates Phaed. p. 114 C: ἀπαλλαττόμενοι ὥσπερ δεσμωτηρίων. Ut decl. 2 (t. 5, 144, 16 sqq) hanc sententiam suam fecit, ita illam comparationem Libanius ante oculos habuisse videtur, cum de vere scripsit descr. 7 (t. 8, 479, 18—480, 1): λύει γὰρ ὥσπερ ἐκ δεσμωτηρίων τοὺς ἀνθρώπους. — Gorg. p. 483 E sq: τοὺς βελτίστους .. ἐκ νέων λαμβάνοντες, ὥςπερ λέοντας, κατεπᾴδοντές τε καὶ γοητεύοντες καταδουλούμεθα et ἐὰν δέ γε, οἶμαι, φύσιν ἱκανὴν γένηται ἔχων ἀνήρ, πάντα ταῦτα ἀποσεισάμενος καὶ διαρρήξας .. ἀνεφάνη δεσπότης ἡμέτερος ὁ δοῦλος duae insunt imagines et de leonibus domandis et de viro, qui vincula omnia frangit. In unam autem has contraxit Libanius or. 13 (t. 2, 67, 7 sq).

β) Comparationem non indicatam Libanius e Platone depromit.

Profero nunc locos, quibus comparationes Platonicas Libanius ipse[2] non ut comparationes indicat. Sic cum Rep. 3 p. 413 D: θεατέον, ὥσπερ τοὺς πώλους ἐπὶ τοὺς .. θορύβους ἄγοντες σκοποῦσιν, εἰ φοβεροί, οὕτω κτλ. comparo decl. 16 (t. 6, 178, 16 sqq). Plato enim vocabulo ὥσπερ comparationem indicat, Libanius id omisit. Similiter or. 64 (t. 4, 439, 11 sq) meminit comparationis Platonicae Rep. 5 p. 472 A expositae: ὥσπερ καταδρομὴν ἐποιήσω ἐπὶ τὸν λόγον μου. * Phaedri p. 259 A: ὥσπερ προβάτια μεσημβριάζοντα περὶ τὴν κρήνην εὕδειν in suum usum Libanius vertit or. 25 (t. 2, 563, 5 sq). Decl. 46 (t. 7, 571, 8) respexit Rep. 3 p. 411 D: βίᾳ δὲ καὶ ἀγριότητι ὥσπερ θηρίον πρὸς πάντα διαπράττεται. Comparationem Euthyd. p. 291 B prolatam usurpavit ep. 1507: εἰς λαβύρινθον ἐμπίπτοντα πραγμάτων. Ep. 821: θέοντα παρεκάλει Phaed. p. 61 A imitatus est; cetera huius locutionis testimonia ab Erasmo[3] collata longius distant. Ad comparationes Platonicas, quibus cum telis verba comparantur (p. 68), spectat etiam ep. 1198: εἶδον ἐν τοῖς λόγοις σου τὰ βέλη. Ad Clitoph. p. 408 C refero ep. 653: ναρκῶντα ἐπεγείρων. Ut Plat. Leg. 5 p. 735 E sq, ita Lib. or. 41 (t. 3, 300, 17) hominem malum νόσημα πόλεως vocat.

---

[1]) Mark. p. 78. [2]) Non huc pertinet ep. 384: ῥητόρων μητέρα τὴν πόλιν .. ἐκάλεις, cui loco similis est Euth. p. 2 C; nam, quod Libanius profert, Aristaenetum dixisse ipse explicat. [3]) Pag. 595 remittit ad Hom. Θ 293 sq: τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις; quem locum Luc. Nigr. 6 imitatus est, et ad Hom. ω 487: ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην. Platonis locum praeterit Salzmannus p. 48.

Incertum autem est, num Platonis vestigia premat decl. 26 (t. 6, 518, 6—9), quo cum loco confero Leg. 5 p. 736 A sq: *οἷον . . ξυρρεόντων . . χειμάρρων εἰς μίαν λίμνην.* Tales sane rerum cum torrentibus comparationes iam apud auctores, qui ante Platonem fuerunt, inveniuntur[1], similitudo autem verborum tam exigua est, ut e Platone Libanium hausisse statuere non liceat. — Vix denique e Leg. 8 p. 833 A: *σταδιοδρόμον δὴ πρῶτον ὁ κῆρυξ ἡμῖν, καθάπερ νῦν, ἐν τοῖς ἀγῶσι παρακαλεῖ* fluxit ep. 101: *ἐπὶ τὸν σόν σε παρακαλῶ δρόμον.*

γ) Comparationem e narratiuncula Platonis novam efficit Libanius.

Agitur nunc de locis, quibus Plato quidem comparationem ipse non praebet, Libanius autem talem efficit.

Conv. p. 217 E narrat Alcibiades: *τὸ τοῦ δηχθέντος ὑπὸ τοῦ ἔχεως πάθος*[2] *κἀμὲ ἔχει . φασὶ γάρ πού τινα τοῦτο παθόντα οὐκ ἐθέλειν λέγειν, οἷον ἦν.* Inde novam comparationem finxit Libanius decl. 30 (t. 6, 636, 13—637, 1). Nempe tertium, quod dicitur, comparationis membrum a Libanio mutatum est. At tamen maior est similitudo horum locorum quam ea, quae inter Libanium et Aristidem or. 15 (t. 1, 379, 19 D.) vel or. 49 (t. 2, 534, 1 sq D.) intercedit, qui et ipse Platonis locum reddit. — Rep. 5 p. 469 D Socrates interrogat: *οὐ δοκεῖ . . φιλοχρήματον νεκρὸν συλᾶν;* Inde certe fluxit ep. 343: *παρὰ δὲ τῶν οὐ πλουτούντων λαμβάνειν ἴσον ἡγοῦμαι τῷ τεθνεῶτα συλᾶν.* — Factum esse potest, ut or. 61 (t. 4, 330, 6 sq) meminerit comparationis Platonicae Leg. 5 p. 732 E: *ἀνθρώποις . . διαλεγόμεθα, ἀλλ' οὐ θεοῖς.* Dubium autem est, num ep. 1060: *μακαρίζων ἅμα καθάπερ οἱ ἐν δεσμωτηρίῳ διὰ μικρᾶς θυρίδος τοὺς παριόντας* Libanius spectet ad Rep. 7 p. 514 A sqq; cf. p. 516 C. Hactenus de comparationibus.

2. De imaginibus.

α) Imagines e vita nautarum depromptae.

Inter imagines eas, quas e vita nautarum suas fecit, magis fluctuum imagines a Platone depictae Libanio placuerunt quam eae, quibus de gubernatoribus nautisque res est.

De mulierum communione disputaturus Plato exponit Rep. 5 p. 457 B sq: *τοῦτο . . ὥσπερ κῦμα φῶμεν διαφεύγειν . ., ὥστε μὴ παντάπασι κατακλυσθῆναι* et *οὐ σμικρὸν κῦμα διαφεύγεις. Φήσεις γε, ἦν δ' ἐγώ, οὐ μέγα αὐτὸ εἶναι, ὅταν τὸ μετὰ τοῦτο ἴδῃς.* Libanius autem

[1]) Ex. gr. Her. 3, 81 ∼ Soph. Ant. 712 sq. [2]) Proverbii vim huic loco cum Aristide tribuit Gruenwald. p. 13.

ep. 947 hanc Platonis imaginem, ut e verborum similitudine elucet, ante oculos habuit. Similiter ep. 1223: *πολλοὺς δὲ ἀκούω τοιαῦτα διαφυγεῖν κύματα* priorem partem loci Platonici respicit. Eiusdem de unda omnia obruente imaginis meminit ep. 211 et or. 61 (t. 4, 331, 11 sq). Sed iam apud Aesch. Sept. 1078 legitur:

ἀλλοδαπῶν κύματι φωτῶν πόλιν κατακλυσθῆναι.

Similis est imago de inundatione mundi Tim. p. 22 D prolata: *ὅταν .. θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες κατακλύζωσιν.* Num locus ep. 56: *κῦμα ἀνείργων δεινὸν ἐπικλύσαι τὴν γῆν* ad Platonem referendus sit, per se diudicari nequit, sed cum in epistulis Modesto datis aliis saepius Platonem imitetur, fieri potest, ut hic quoque locus ad eum referatur. Vix autem huc pertinet ep. 223: *ἐπικλύζονται .. ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν πραγμάτων.*

Ad alteram loci Platonici partem, in qua altera unda eum, qui priorem modo effugerat, excipit, spectat or. 12 (t. 2, 30, 12 sq). Eandem imaginem respexit ep. 627: *κῦμα τὸ μὲν διαπέφευγε, τῷ δὲ παλαίει* et decl. 9 (t. 5, 479, 1 sq). Amplificat illam imaginem Plato * Rep. 5 p. 472 A: *μόγις μοι τὼ δύω κύματε ἐκφυγόντι νῦν τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τρικυμίας ἐπάγεις*[1] et p. 473 C (vid. p. 45). Dummodo ponamus e tribus huius loci undis duas effinxisse Libanium, locos duos laudatos etiam ad hos Platonis locos referre licebit. Sed utut rés se habet, certe ep. 792 hic locus ei obversatus est: *εἶτ' αὖθις ἧκεν ἕτερον κῦμα καὶ πάλιν ἄλλο καὶ τρίτον δή.* Eiusdem memor est decl. 50 (t. 7, 716, 11 sq) et or. 1 (t. 1, 149, 19); alludit ad eum chria 3 (t. 8, 92, 2 sq) et or. 59 (t. 4, 256, 10 sq), ep. 1028b: *τῶν εἰδότων μὲν τὰς τρικυμίας, αἷς πολὺν ἤδη χρόνον ἐλαύνομαι.* Praeterea in similitudinem huius loci effacta est decl. 32 (t. 7, 64, 10 sq), ut vocabulis *ἐπάγειν* et *χαλεπός* ab ambobus adhibitis probatur. Imaginem, quam de naufragio[2] legimus decl. 11 (t. 5, 520, 20—521, 2), e loco * Rep. 8 p. 553 A: *ὅταν .. αὐτὸν ἴδῃ ἐξαίφνης πταίσαντα ὥσπερ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει κτλ.*[3] effinxit.

Iam affero locos, quibus de gubernatoribus nautisque Libanius loquitur. Ad definitionem gubernatoris Rep. 1 p. 341 C datam: *ὁ ὀρθῶς κυβερνήτης ναυτῶν ἄρχων ἐστίν,* cf. Rep. 6 p. 488 D:

---

[1]) Tangit tantum hanc imaginem Themistius or. 3 p. 43 a: *ὥσπερ ἐν τρικυμίᾳ;* cf. Pohlschmidt. p. 18. [2]) At Libanii de naufragio imago, quam indicat or. 13 (t. 2, 79, 12 sq), fluxit e Luciano de merc. cond. 2: *πρὸς πέτραν τινὰ ὕφαλον ἢ σκόπελον ἀπόκρημνον περιρρήξαντες τὸ δύστηνον σκαφίδιον.* Ad eundem locum Luciani (vel eius fontis) spectant ep. 311: *δείσαντες μὴ περὶ τὴν ὕφαλον ῥαγῇ τὸ σκάφος,* decl. 1 (t. 5, 81, 9 sqq), decl. 31 (t. 7, 32, 6 sq), denique decl. 4 (t. 5, 283, 11 sqq), or. 46 (t. 3, 399. 1): *ὑφάλων χαλεπώτερον,* or. 62 (t. 4, 363, 4 sq). [3]) Hunc locum in usum suum vertit Themistius or. 23 p. 285 d; cf. Pohlschmidt. p. 14.

εἰ μέλλει τῷ ὄντι νεὼς ἀρχικὸς ἔσεσθαι, fortasse spectat Libanius sent. 1 (t. 8, 110, 17 sq): *τὸν κυβερνήτην, ὃν οὐκ ἄν μοι δοκεῖ τις ἁμαρτεῖν εἰπὼν βασιλέα τῆς νεώς.* In tempestatibus eum maxime artem suam praebere posse exponit Plato Ep. 7 p. 351 D. Invicem vix usquam id fieri docet Prot. p. 344 D, ut: *τὸν κυβερνήτην μέγας χειμὼν ἐπιπεσὼν ἀμήχανον ἂν ποιήσειε.* Eadem exprimit Libanius ep. 393 (s. fin.) et ep. 99: *τῆς τοῦ κυβερνήτου τέχνης κρείττονος γενομένης τῶν ἀγρίων πνευμάτων,* neque vero, num ad Platonem hi loci referendi sint, certo statui potest, quia similitudo eorum haud ita magna est. Decl. 4 (t. 5, 272, 5 sqq) duos Politici locos inter se apte contaminavit: p. 272 E: *τότε δὴ τοῦ παντὸς ὁ μὲν κυβερνήτης, οἷον πηδαλίων οἴακος ἀφέμενος, .. ἀπέστη* et p. 302 A: *πολλαὶ μὴν ἐνίοτε καὶ καθάπερ πλοῖα καταδυόμενα διόλλυνται . . διὰ τὴν τῶν κυβερνητῶν καὶ ναυτῶν μοχθηρίαν*: haec contaminatio eo facilius admittitur, quod utrumque Politici locum alibi Libanius manifesto imitatus est[1]. — Or. 18 (t. 2, 305, 1 sq), ut vocabulo *ἀνατρέπειν* evincitur, fluxit e Leg. 1 p. 641 A: *μεθύων κυβερνήτης καὶ πᾶς παντὸς ἄρχων ἀνατρέπει πάντα εἴτε πλοῖα εἴτε κτλ.;* cf. Leg. 10 p. 906 D sq, quo loco exponitur, quidnam faciant gubernatores corrupti: *κυβερνήταις . . ἀνατρέπουσι δὲ ναῦς τε καὶ ναύτας.* — Incertum autem est, num ad Platonem redeant loci chriae 2 (t. 8, 81, 3 sqq), ep. 93: *τὸν γὰρ ναύτην οἶδέ που ὁ κυβερνήτης,* or. 48 (t. 3, 443, 16). Innuere enim videtur ad Rep. 6 p. 488 C sq, quo loco de nautis res est, qui tumultum contra gubernatorem faciunt, et de iis, quae homini vere gubernatori respicienda sunt. Eodem fortasse spectat vitup. 7 (t. 8, 319, 12 sqq).

β) Imagines depromptae e vita agricolarum et pastorum.

Quae de agricolis eorumque serendi ratione disserit Libanius decl. 9 (t. 5, 475, 18—21), ea, si non e Libanii ipsius peritia rerum rusticarum, e Plat. Min. p. 317 D fluxerunt: *τίς ἐπιστήμων διανεῖμαι ἐπὶ γῇ τὰ σπέρματα; Γεωργός* et *τὰ ἄξια σπέρματα ἑκάστῃ γῇ διανέμει· Ὁ γεωργὸς ἄρα νομεὺς ἀγαθός.* Eundem locum factum esse potest, ut respexerit compar. 5 (t. 8, 356, 10 sqq): *τοῦ πότε τι δεῖ πονεῖν καὶ γῆς φύσεως καὶ τί μὲν αὕτη δύναιτ' ἂν φέρειν, τί δὲ ἐκείνη, τί δὲ οὐκ ἂν δύναιτο.* Ep. 565 Libanius homini cuidam quam plurimum dandum esse dicit: *ὥσπερ πιείρᾳ γῇ σπέρματα,* et similia or. 59 (t. 4, 213, 16—214, 2) leguntur. Hi loci fortasse e Theaet. p. 149 E fluxerunt: *τῆς αὐτῆς ἢ ἄλλης οἴει τέχνης εἶναι θεραπείαν τε καὶ ξυγκομιδὴν τῶν ἐκ γῆς καρπῶν καὶ αὖ τὸ γιγνώσκειν, εἰς ποίαν γῆν ποῖον φυτόν*

[1]) Vid. p. 77 et 68.

τε καὶ σπέρμα καταβλητέον; Neque vero certius quid statui potest aut hoc loco aut compar. 4 (t. 8, 350, 17 sq), quocum comparo Gorg. p. 490 E: ὡς πλείστῳ σπέρματι χρῆσθαι εἰς τὴν ἑαυτοῦ γῆν. In similitudinem Theaet. p. 167 B effictus est locus ep. 313: ἐξέστω γάρ μοι κατὰ τοὺς γεωργοὺς προειπεῖν, οἷ προβήσεται τὸ φυτόν. — Imago or. 11 adhibita (t. 1, 480, 11 sq) originem ducit a Rep. 8 p. 565 D: ὅταν περ φύηται τύραννος, ἐκ προστατικῆς ῥίζης καὶ οὐκ ἄλλοθεν ἐκβλαστάνει. — Decl. 1 (t. 5, 95, 17 sqq) puerorum educationem cum agri cultura, Socratem cum agricola comparat secutus * Plat. Euth. p. 2 D[1]: ὀρθῶς . . ἐστι τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι . . ὥσπερ γεωργὸν ἀγαθὸν τῶν νέων φυτῶν εἰκὸς πρῶτον ἐπιμεληθῆναι.

De bobus disserit * Plato Rep. 9 p. 586 B: λακτίζοντες καὶ κυρίττοντες ἀλλήλους σιδηροῖς κέρασί τε καὶ ὁπλαῖς et * Gorg. p. 516 A: ἐπιμελητὴς . . βοῶν . . κακὸς ἂν ἐδόκει εἶναι, εἰ παραλαβὼν μὴ λακτίζοντας ἑαυτὸν μηδὲ κυρίττοντας μηδὲ δάκνοντας ἀπέδειξε ταῦτα ἅπαντα ποιοῦντας δι' ἀγριότητα. Magis quam ad Remp. spectat ad Gorgiam Libanius chria 2 (t. 8, 81, 1 sqq)[2]. Inde verisimile fit eum etiam decl. 22 (t. 6, 367, 3 sq), quo loco Libanius in vocabuli λακτίζειν usu cum Platone congruit, Gorgiam respexisse. Phaedri et Gorgiae locum secutus est vitup. 7 (t. 8, 319, 14 sqq): in sententia enim proferenda Gorgiae, in elocutione formanda (cf. τοῖς ἀπὸ τῶν χαλινῶν ἀλγήμασιν) Phaedri exemplo utitur. His locis respectis eum etiam or. 15 (t. 2, 146, 18 sq et 147, 1 sq) Gorgiae locum ante oculos habuisse sumere licet.

Certe imaginem Rep. 3 p. 415 E prolatam suam fecit Libanius ep. 194: ὥσπερ γὰρ λύκοι προβάτοις ἐπιπεσόντες κτλ.. Pergit autem dicere Plato p. 416 A: δεινότατον . . ποιμέσι τοιούτους . . τρέφειν κύνας ἐπικούρους ποιμνίων ὥστε . . ἀντὶ κυνῶν λύκοις ὁμοιωθῆναι et Leg. 10 p. 906 E recusat comparare deos: κυσὶ κεκλημένοις ὑπὸ λύκων. Legum imaginem reddit or. 18 (t. 2. 296, 9 sq)[3]; ad Remp., ut congruentia verborum evincitur, referendus est locus or. 12 (t. 2, 39, 18 sq). Libere eandem imaginem or. 59 (t. 4, 289, 7 sqq) circumscribit[4]. Denique decl. 31 (t. 7, 17, 7 sq): ὑμῶν δέ, ὦ πεντακόσιοι, τινὲς ἀντὶ λύκων γίνονται τοῖς βοσκήμασιν ad Rep. 3 p. 416 A retulerim: verba enim ἀντὶ λύκων in similitudinem verborum Platonis ἀντὶ κυνῶν efficta videntur esse, nisi quis amasse Libanium hanc formulam dixerit; legitur enim etiam ep. 1406: ἀντὶ κυνῶν ἔσεσθαι et ep. 234: ἀντὶ κυνὸς ἐπὶ τοὺς οὐκ ἀγαθοὺς ἀρκῶν.

---

[1]) Ut observavit Markowskius p. 143. [2]) Platonis loci quid valeant ad Libanii textum constituendum, elucet ex apparatu crit. ad h. l. [3]) Duos locos comparat Salzmannus p. 77. [4]) Barner p. 38.

E naturae lege canes luporum inimicissimi sunt. Haec sententia quamquam locis Platonis modo laudatis latet, tamen nullo loco pronuntiatur; itaque cum Wolfio locos ep. 423: *οἱ λύκοι μισοῦσι τοὺς κύνας* et ep. 1427: *κύνα μιμούμενος πολεμοῦντα λύκοις* ad Platonem referre valde dubito. — Quatenus or. 56 (t. 4, 137, 12 sq): *ταυτὶ δὲ οὐ ποιμένος, ὅπερ ἐστὶν ὁ ἄρχων* e Platone pendeat, difficile dictu est. Principem enim cum pastore comparare ex Homeri *ποιμένα λαῶν* in usu est; proxime autem ad Libanium accedit Plato Rep. 4 p. 440 D: *τῶν ἀρχόντων ὥσπερ ποιμένων πόλεως*. Pro similitudine locorum factum esse potest, ut Platonis memor esset.

γ) Imagines e vita medicorum depromptae.

Iam colloco imagines, quas Libanius de vita medicorum e Platone hausit. Legitur enim decl. 15 (t. 6, 138, 3 sqq): *εἰ περὶ τοῦ πότερος ὑγιεινότερος ἦν ἡ κρίσις, οὐκ ἂν τὸν ἄνοσον προὔθετε;* et decl. 16 (t. 6, 176, 17 sq): *ὁ δὲ καὶ τοὺς νοσοῦντας μὲν πολλάκις, ἰατρευομένους δὲ χείρους τῶν ἀνόσων ἀπεφαίνετο.* Hanc imaginem, ut similitudo quaedam verborum docet, * Gorgiae p. 478 C sq debet. — Huc etiam Platonis de Herodico Asclepiada locus pertinet * Rep. 3 p. 406 B[1]: *ἰατρευόμενος διὰ βίου ἔζη ἀποκναιόμενος, . . δυσθανατῶν δὲ ὑπὸ σοφίας εἰς γῆρας ἀφίκετο.* Ad hanc narrationem spectat Lib., ut verborum congruentia probatur, decl. 15 (t. 6, 138, 5—10). —* Gorg. p. 456 B artis rhetoricae vim explicat Gorgias verbis his: *εἰσελθὼν παρά τινα τῶν καμνόντων οὐχὶ ἐθέλοντα . . ἢ τεμεῖν ἢ καῦσαι παρασχεῖν τῷ ἰατρῷ οὐ δυναμένου τοῦ ἰατροῦ πεῖσαι ἐγὼ ἔπεισα.* Hanc narratiunculam suam fecit Libanius decl. 17 (t 6, 213, 12 sq). Quod Soph. p. 228 D legitur: *τὸ μὲν πονηρία καλούμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν, νόσος αὐτῆς* (sc. *ψυχῆς*) *σαφέστατα ὄν,* hanc imaginem recepit decl. 16 (t. 6, 176, 21 sq). Eandem sententiam repetit * Plato Rep. 3 p. 405 A: *ἀκολασίας δὲ καὶ νόσων πληθυουσῶν ἐν πόλει ἆρ' οὐ δικαστήριά τε καὶ ἰατρεῖα πολλὰ ἀνοίγεται;* Quam in suum usum vertit decl. 15 (t. 6, 138, 14 sq) et decl. 16 (t. 6, 176, 22—177, 1).

δ) Ceterae imagines e Platone depromptae.

Ad iuvenum examen spectant * Rep. 3 p. 413 E: *βασανίζοντες πολὺ μᾶλλον ἢ χρυσὸν ἐν πυρί*[2] et * 6 p. 503 A, quo loco de principibus eligendis sermo est: *τὸν δὲ πανταχοῦ ἀκήρατον ἐκβαίνοντα ὥσπερ*

[1]) Hic locus placuit Themistio or. 23 p. 290 a, qui singulis verbis cum Platone congruit, et Gregorio Nyss. II 164 B; cf. Gronav. p. 45 sq. [2]) Idem locus Iuliano or. 2 p. 91 B probatus est; cf. Gladis p. 53.

χρυσὸν ἐν πυρὶ βασανιζόμενον, στατέον ἄρχοντα. Hanc imaginem Libanius decl. 16 (t. 6, 177, 13—15) suam fecit (cf. lin. 17 sq). Phil. p. 23 A Socrates quaerit: *οὐκ ἄμεινον .. μὴ τὴν ἀκριβεστάτην αὐτῇ προσφέροντα βάσανον καὶ ἐξελέγχοντα λυπεῖν;* ad hanc imaginem spectat or. 14 (t. 2, 106, 10 sq) et ep. 88: *ἀκριβεστέρα βάσανος τῆς σῆς γνώμης.* Denique inter Epin. p. 987 A: *βεβασανισμένα χρόνῳ μυριετεῖ* et or. 43 (t. 3, 343, 14) tanta congruentia intercedere videtur, ut alterum locum ex altero fluxisse statuamus.

Ad vitam luctatorum pertinet Theaeteti imago (p. 169 B): *τὸν προσελθόντα οὐκ ἀνίης πρὶν ἀναγκάσαι ἀποδύσας ἐν τοῖς λόγοις προσπαλαῖσαι.* Haec Libanio obversata est, ut *προσπαλαίειν* vocabulo ab ambobus usurpato efficitur, ep. 736: *τοιούτῳ ῥήτορι προσεπάλαισα.* Nec minus ad luctandum spectant Plato Rep. 2 p. 362 D: *ἐμέ γε ἱκανὰ καὶ τὰ ὑπὸ τούτου ῥηθέντα καταπαλαῖσαι* et Libanius or. 47 (t. 3, 413, 1 sq) et ep. 336: *τὴν ῥητορείαν, ᾗ κατεπάλαισε τὸν Πέρσην.* Ad tres luctandi partes spectat decl. 16 (t. 6, 166, 21): *καὶ τὸ τρίτον δὴ πάλαισμα* id ut rem gravissimam significans. Eandem vim huic voci Plato dedit Euthyd. p. 277 C. Sed cum de re tritissima agatur (cf. Aesch. Eum. 589), Platonis loci Libanium memorem fuisse pro certo sumi nequit. Nec certius id est decl. 37 (t. 7, 247, 7 sqq). — Maior autem similitudo intercedere videtur inter or. 16 (t. 2, 162, 20 sq): *ὥσπερ παλαιστῇ τὸν αὐτὸν ἀντίπαλον πολλάκις καταβαλόντι* et Prot. p. 344 C: *ὥσπερ οὖν οὐ τὸν κείμενόν τις ἂν καταβάλοι, ἀλλὰ τὸν μὲν ἑστῶτά ποτε καταβάλοι ἄν τις, ὥστε κείμενον ποιῆσαι, τὸν δὲ κείμενον οὔ, οὕτω κτλ.* Or. 41 (t. 3, 301, 25): *καταβεβληκότες ὥσπερ ἐν πάλῃ* cum Hipp. min. p. 374 A: *αἴσχιον ἐν πάλῃ τὸ πίπτειν ἢ τὸ καταβάλλειν;* cohaerere nullo indicio certo probatur. Verbis ep. 791: *μᾶλλον ἥδεται τῶν Ὀλυμπιάσι νενικηκότων* significat honores, quibus Olympionicae efferebantur et ad quos spectat Socrates Apol. p. 36 D; cf. Rep. 5 p. 465 D, 466 A.

De palaestrae magistris legitur or. 15 (t. 2, 130, 5 sq): *(διανοίας) ἣν εἰσελθόντες* (sc. *φιλόσοφοι) ἐξειργάσαντο καλὴν καὶ γενναίαν, ὥσπερ οἱ παιδοτρίβαι τὰ σώματα.* Reddit imaginem a Socrate * Gorg. p. 504 A adhibitam. Axioch. p. 366 E de puerorum educatione res est: * *ἐπέστησαν* * *παιδαγωγοὶ .. τυραννοῦντες.* Haec verba fortasse respexit or. 58 (t. 4, 189, 10 sqq), cum de iuvenibus queritur: *νῦν .. τυραννεῖν .. τῶν παιδαγωγῶν ἀξιοῦντες οὐκ ἂν ἔχοιτε λέγειν, ὡς οὐκ ἠδικήκατε:* nunc enim, id dicere vult, ordo inversus est.

De cursoribus Libanius or. 64 (t. 4, 438, 6) ironice quaerit: *τὸν ὀξύτερον δρομέα τοῦ βραδυτέρου δεύτερον (θήσομεν);* eandem sententiam significans, quam Plato Hipp. min. p. 373 D, sed num hunc

locum ante oculos habuerit, ad diiudicandum certa argumenta desunt. Fusius Plato de bonis malisque cursoribus disputat Rep. 10 p. 613 B sq. Hanc imaginem, ut videtur, respexit ep. 644: *σὺ δὲ κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς τῶν δρομέων ἀμείνων εἶ προϊών*, ep. 471, ep. 1534[1].

Venio ad imagines de aurigis sumptas. In eo, quod de Phaethonte or. 55 (t. 4, 122, 4 sq) profert, ad Gorgiam (p. 516 E) alludere videtur, quo loco de aurigis ironice Socrates quaerit: *οὔκουν οἵ γε ἀγαθοὶ ἡνίοχοι κατ' ἀρχὰς μὲν οὐκ ἐκπίπτουσιν ἐκ τῶν ζευγῶν, ἐπειδὰν δὲ . . ἀμείνους γένωνται ἡνίοχοι, τότ' ἐκπίπτουσι;* Libertime imaginem Phaedr. p. 247 B explicatam Libanius ep. 1036 b imitatur; respicere enim eum Phaedri locum verbis: *εὐήνια . . ὀχήματα* et *ζεῦγος εὐήνιον*, quae sibi respondent, stabilitur.

Num Libanius imaginem de sagittario decl. 16 (t. 6, 159, 16) explicatam: *τοξότης ἐπίσκοπος, ὅστις οὐχ ἁμαρτάνει τοῦ σκοποῦ* e Theaetet. p. 193 E sq[2] deprompserit, quo loco: *τὴν ψευδῆ δόξαν* ait esse *οἷον τοξότην φαῦλον ἱέντα παραλλάξαι τοῦ σκοποῦ καὶ ἁμαρτεῖν*, dubito: talia ipse fingere poterat.

Ion. p. 540 C legitur: *οἷα γυναικὶ πρέποντά ἐστιν εἰπεῖν ταλασιουργῷ περὶ ἐρίων ἐργασίας* (scil. *ὁ ῥαψῳδὸς γνώσεται*); eandem imaginem supponit rhetor, ut sententiam simillimam exprimat, or. 58 (t. 4, 198, 19 sq). Libanii locum e Platone fluxisse propter congruentiam verborum verisimile est.

Denique affero imaginem ex arte aedificandi depromptam: Plato enim exponit Leg. 5 p. 736 E: *ἐπὶ ταύτης οἷον κρηπῖδος μονίμου ἐποικοδομεῖν δυνατὸν . . κόσμον πολιτικόν*. Libanii locus exstat or. 53 (t. 4, 58, 6 sq). Ambo cum metaphorice et quidem comparandi causa hanc imaginem afferant, alterum locum ex altero pendere censuerim[3].

3. Indicat paucis verbis comparationem vel imaginem Platonicam.

Ut Libanius dialogorum condiciones non solum arte libereque suas fecit, sed etiam eo modo, ut paucis tantum verbis certum locum adumbraret, ita hic quoque breviter comparationem vel imaginem Platonis imitatus est.

Or. 1 (t. 1, 182, 18 sq) significat locum Ion. p. 540 B: *ἐν θαλάττῃ χειμαζομένου πλοίου*. Similiter or. 59 (t. 4, 284, 1) et decl. 46

[1]) Hinc originem ducere proverbium *δευτέρων ἀμεινόνων* existimabat Libanius, ut elucet ex ep. 1066; cf. Salzm. p. 64. [2]) Hunc locum usurpavit * Himer. ecl. 14, 4. [3]) Longius distant loci Pind. P. 4, 245: *βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων* (cf. 7, 3) et Xen. An. 3, 4, 11: *ἐπὶ κρηπῖδι ἐποικοδομεῖν*.

(t. 7, 558, 9) in animo habet * Prot. p. 338 A: *μήτ' αὖ Πρωταγόραν πάντα κάλων ἐκτείναντα . . φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων, ἀποκρύψαντα γῆν, ἀλλὰ κτλ.* — Polit. p. 272 E hanc imaginem explicat Plato: *τοῦ παντὸς ὁ μὲν κυβερνήτης οἷον πηδαλίων οἴακος ἀφέμενος εἰς τὴν αὑτοῦ περιωπὴν ἀπέστη.* Alludere videtur ad eam or. 18 (t. 2, 291, 12 sq) (vid. p. 72).

Factum esse potest, ut loci Conv. p. 203 D, quo Amor vocatur *θηρευτὴς δεινός,* meminerit ep. 610: *δεινὸς ἄρ' εἶ θηρευτὴς τοῦ πράγματος* et verbis: *ἡνίοχος ἀγαθός* (ep. 497) spectet ad Gorg. p. 516 E (vid. p. 76), et ep. 226: *μιμήσῃ τῶν δρομέων τοὺς ἀγαθούς* et ep. 1438: *ὥσπερ ἀγαθὸς δρομεύς* innuat non tam Hipp. min. p. 373 C sqq quam Rep. 10 p. 613 B sq.

E. De rebus mythologicis, historicis, geographicis e Platone depromptis.

1. De rebus mythologicis.

Ac primum quidem factum esse potest, ut Libanius Platonis de Croni[1] regno beatissimo dictum Leg. 4 p. 713 B[2] prolatum respexerit ep. 1331: *τὴν ἐπὶ Κρόνου φασὶν εὐδαιμονίαν*[3], praesertim cum in eadem epistula alius Platonis loci meminerit. — Fabularum, quas de duodecim deis profert[4], partem Libanius cum Platone consentiens refert decl. 1 (t. 5, 81, 12—15), quo cum loco cf. * Hom. Δ 86—140, * Rep. 2 p. 379 E, schol. Dem. or. 24, 121. Et p. 82, 5 spectat ad * Hom. Y 31—74, Euth. p. 6 B, * Rep. 2 p. 378 B sqq. — Fabulam, quae de Iunonis vinctione est, narrat Plato Rep. 2 p. 378 D inter eas, quae adulescentulis narrandae non sint: *Ἥρας δὲ δεσμοὺς ὑπὸ υἱέως καὶ Ἡφαίστου ῥίψεις ὑπὸ πατρὸς μέλλοντος τῇ μητρὶ τυπτομένῃ ἀμύνειν.* Ad haec verba alludit Libanius or. 48 (t. 3, 432, 13 sq), fabulae ipsius ep. 10 meminit.

Ad Deucalionem eluvionemque mundi spectant verba decl. 17 (t. 6, 215, 4 sqq). Eius rei testis primus exstat Plato cum

[1]) Locutio *Κρόνου πρεσβύτερα,* quam adhibet decl. 32 (t. 7, 61, 11), proverbii vim habet nec e * Conv. p. 195 B, ut dissimilitudine verborum evincitur, fluxit, sed ex * Ar. Nub. 929 ceterisque locis a Foerstero l. l. adnotatis; cf. Salzm. p. 4. Senes quod *Κρόνοι* vocabantur, ne id quidem uno e Platone Libanio notum fuit, cum scribebat or. 48 (t. 3, 439, 3), quo cum loco cf. Euthyd. p. 287 B: *οὕτως εἶ Κρόνος, ὥστε κτλ.;* et * Ar. Nub. 929, 398 cum nota Kockii, Vesp. 1480 c. schol., incerti poetae com. fr. (IV 680, 311 b M. = III 563, 895 K.), Poll. 2, 16, Hyperid. in Bekk. AG p. 104, 7, Hes., Suid. s. v. *Κρόνος.* [2]) Paulo distant Gorg. p. 523 A et Hipparch. p. 229 B. [3]) Huius rei testimonia congesserunt Benseler in Papii onom. nom. propr. Graec. s. v. *Κρόνος* et Salzmannus p. 4. [4]) Mark. p. 120 sq.

Tim. p. 22 A tum Criti. p. 112 A. Hunc locum Libanio obversatum esse similitudine quadam verborum probatur: *πρὸ τῆς ἐπὶ Δευκαλίωνος φθορᾶς τρίτον πρότερον ὕδατος ἐξαισίου γενομένου;* cf. 111 A: *πολλῶν .. γεγονότων καὶ μεγάλων κατακλυσμῶν κτλ.* — At contra, quae Lib. de Phaethonte disserit, ea e Tim. p. 22 B deprompsit. Eodem enim modo atque ille cum Phaethonte interitum mundi componit decl. 12 (t. 5, 542, 8 sqq); eiusdem rei or. 17 (t. 2, 218, 1 sqq) mentionem facit, alludit denique ad eam or. 18 (t. 2, 316, 1 sq).

Certe e [Platonis] * Ax. p. 371 E pendet or. 14 (t. 2, 112, 20 sq). Apud Platonem enim de mortuorum regione beatissima exstant verba haec: *καὶ τοὺς περὶ Ἡρακλέα .. κατιόντας εἰς Ἅιδου πρότερον λόγος ἐνθάδε* (h. e. Eleusine) *μυηθῆναι.* — Quod or. 64 (t. 4, 433, 4) Libanius dicit: *τῶν Δαιδάλου χειρῶν οὗτος ὁ φόβος ἔργον,* hanc de Daedalo fabulam hausit e * Men. p. 97 D. — Or. 18 (t. 2, 294, 2 sq) ante oculos habuit Rep. 9 p. 588 C: *τῶν τοιούτων τινὰ .., οἷαι μυθολογοῦνται παλαιαὶ γενέσθαι φύσεις, ἥ τε Χιμαίρας καὶ ἡ Σκύλλης καὶ Κερβέρου* et *ἰδέαν θηρίου ποικίλου καὶ πολυκεφάλου κτλ.* De homine autem loquens vocabulo *πολυκέφαλος* utitur Plato Soph. p. 240 C: *ὁ πολυκέφαλος σοφιστής.*

De cicadarum origine vitaque mythus pulcherrimus legitur Phaedr. p. 259 B sq [1]:

λέγεται δ', ὥς ποτ' ἦσαν οὗτοι	decl. 26 (t. 6, 537, 6sqq): *οὗτοι, φησίν, εἰσὶν οἱ βέλτιστοι τέττιγες, οἱ*
ἄνθρωποι τῶν πρὶν Μούσας γεγονέναι, γεγομένων δὲ Μουσῶν καὶ φανείσης ᾠδῆς οὕτως .. ἐξεπλάγησαν ὑφ' ἡδονῆς, ὥστε ᾄδοντες ἠμέλησαν σίτων et *τὸ τεττίγων γένος ..*	*ἐξ ἀνθρώπων τέττιγες οἱ φίλοι ταῖς Μούσαις, οἷς τὸ λαλεῖν τοῦ ἐσθίειν ἥδιον.* or. 25 (t. 2, 546, 5—9): *ὃ γὰρ δὴ περὶ τεττίγων μεμυθολόγηται, λιμῷ τελευτῆσαί τινας ἀνθρώπους ἔρωτι ᾠδῆς, ἔπειτα γενέσθαι τέττιγας τιμῇ Μουσῶν, τοῦτο κτλ.*
γέρας τοῦτο παρὰ Μουσῶν λαβὸν μηδὲν τροφῆς δεῖσθαι γενόμενον, ἀλλ' ἄσιτόν τε καὶ ἄποτον εὐθὺς ᾄδειν, ἕως ἂν τελευτήσῃ. — Paulo antea de iis dixerat p. 258 E: *καὶ ἅμα μοι δοκοῦσιν ὡς ἐν τῷ πνίγει ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν οἱ τέττιγες ᾄδοντες καὶ ἀλλήλοις διαλεγόμενοι καθορᾶν;* cf. p. 259 A.	et *συνείρουσι νύκτας ἡμέραις ἄσιτοι καὶ ἄποτοι καὶ ἡδονῆς ἡδονὴ περίεστι.* ep. 414: *οὓς αὐτὸ τοῦτό γε τέττιγας ἐποίησε τὸ θαυμάσαι μουσικήν.* ep. 1219: *πᾶσα ἀνάγκη τὸν τέττιγα ᾄδειν ἢ δεικνύντα τι τῶν παλαιῶν ἢ πλάττοντά τι νέον.*

[1]) Hic locus Themistii quoque plausum tulit or. 21 p. 246a; cf. Pohlschm. p. 32. E Phaedro eundem mythum Himerius recepit ecl. 10, 5 sq; cf. Astius ad Plat. l. l. et Teuber p. 44.

Phaedr. p. 230 C: ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ.

ep. 1345 b (s. init.): τὸν τῶν τεττίγων χορὸν ἐκτρέφειν τοῖς λόγοις.

Quos locos[1], cum tantopere cum Platone vel singulis vocabulis congruant, inde fluxisse statuendum est[2]. Nihil edere cicadas pronuntiaverat Plato; rore autem vesci eas legitur decl. 32 (t. 7, 56, 3 sqq) et decl. 33 (t. 7, 85, 6). Hanc fabulam non e Platone deprompsit, sed ex [Hes.] Scut. 395: ᾧ τε πόσις καὶ βρῶσις θῆλυς ἀέρση; cf. Ar. Nub. 1360[3].

Nunc ut aditum faciam ad locos eos, quibus res historicas e Platone deprompsit, loquar de Homero eiusque carminibus. Non solum decl. 28 (t. 6, 587, 1 sq) et confirm. 2 (t. 8, 150, 16 sqq) (s. fin.)[4] eius laudes praedicat, sed etiam sent. 1 (t. 8, 106, 5—12): ὁ μὲν πολεμικὸς Ὅμηρον θαυμαζέτω τῶν τακτικῶν.., οὐδὲ τοὺς ἰατροὺς εἴποι τις ἂν ἀπορεῖν κτλ. et ἴδοι δ' ἂν καὶ ἡνίοχος καὶ ναυτικὸς ἀμφότεροι τὰς ἑαυτῶν τέχνας παρ' αὐτῷ. μακρὸν δ' ἂν εἴη λέγειν μαντικήν, τοὺς ὑπὲρ τῶν θείων λόγους. Simillima est haec enumeratio eorum, quos Homerus docere possit, Ioni dialogo Platonico, quo Socrates sententiam perversam Ionis, qui nullius poetae nisi Homeri optimum se esse recitatorem censebat, refellit. Dicit enim p. 531 C: οὐ περὶ πολέμου τε τὰ πολλὰ διελήλυθε.. καὶ περὶ θεῶν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς ἀνθρώπους ὁμιλούντων κτλ; et p. 537—540 inquiritur, uter rectius de arte sua loqui possit, Homerus an ἡνίοχος (p. 537 A) an ἰατρός (ib. C) an μάντις (p. 538 E—539 D) an κυβερνήτης (p. 540 B) an στρατηγός (ib. D). Nec longe distat locus Rep. 10 p. 599 C—600 B, propius autem Ionis capita ad Libanium accedunt, cuius verba quasi recapitulatio quaedam dialogi videntur esse. Sed fortasse rectius ne de Ione quidem cogitabimus: tales enim quaestiones rhetorum locos communes fuisse elucet ex * Hermog. prog. 4, 26, qui idem argumentum tractat. — Omnes autem Homeri de deis narrationes impias reprehendendas esse cum Platone congruit[5] decl. 1 (t. 5, 61, 11 sq, p. 67, 19 sq, p. 82, 11 sq). Hic quoque accusatoribus, qui quodlibet dictum Homeri Socrati probatum fuisse contenderant, obloquitur aeque atque Plato * Rep. 2 p. 379 C et 3 p. 389 A: οὔκουν Ὁμήρου οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἀποδεξόμεθα περὶ θεῶν.

---

1) Perperam eos ad proverbium refert Salzmannus p. 85. 2) Haud multum valent loci * Hom. Γ 151 sq et * Theocr. 1, 148. 3) Ex auctoribus posterioribus eandem fabulam narrant Theocr. 4, 16: μὴ πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ; Plut. mor. p. 660 F, schol. Hom. Γ 151. 4) Vid. p. 54, cf. p. 20. 5) Mark. p. 137.

Iam transeo ad personas Homericas: Aiacem ferro vulnerari non potuisse commemorant cum alii tum Plato Conv. p. 219 E: *χρήμασί τε πολὺ μᾶλλον ἄτρωτος ἦν πανταχῇ ἢ σιδήρῳ ὁ Αἴας.* Ad verbum fere hunc locum reddit Lib. decl. 15 (t. 6, 125, 23—126, 1). Inde verisimile fit Platonem etiam ep. 173 Prisciano data (cf. p. 31) respici. Etiam propius ad Platonem accedunt verba decl. 16 (t. 6, 179, 9 sqq). Factum esse potest, ut in similitudinem loci Platonici efficta sint verba decl. 12 (t. 5, 546, 3 sq): *πρὸς τὴν θέαν ἄτρωτος ἦν.* — De Achille legitur Conv. p. 179 E sq: *ἐτόλμησεν .. βοηθήσας τῷ ἐραστῇ Πατρόκλῳ .. ἐπαποθανεῖν τετελευτηκότι* similiaque inveniuntur p. 208 D. Quamquam nomina desunt, hanc rem Libanium in animo habuisse similitudine quadam verborum decl. 19 (t. 6, 273, 5 sq) evincitur[1].

2. De rebus historicis et geographicis.

De oraculi Delphici vi res est decl. 41 (t. 7, 380, 6 sqq). Athenienses de coloniis condendis deum Delphicum consuluisse, id quod hoc loco significatur, docent cum * Her. 5, 72 tum * Plat. Rep. 4 p. 427 C: *οἰκίζοντές τε πόλιν οὐδενὶ ἄλλῳ πεισόμεθα, ἐὰν νοῦν ἔχωμεν, οὐδὲ χρησόμεθα ἐξηγητῇ ἀλλ' ἢ τῷ πατρίῳ. οὗτος γὰρ δήπου ὁ θεὸς περὶ τὰ τοιαῦτα πᾶσιν ἀνθρώποις πάτριος ἐξηγητὴς .. ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καθήμενος ἐξηγεῖται*[2]. Hanc sententiam repetit etiam decl. 1 (p. 69, 5—8 et p. 118, 4 sq)[3]. — Interrogat Lib. or. 56 (t. 4, 137, 6 sq): *τίς σοι ταῦτα Βάκις, τίς Ἀμφίλυτος, ὅτι καὶ γηράσεις καὶ ἄρξεις καὶ ὤν, ἦδε;* Bacis commemoratur Her. 8, 20, Amphilytus Her. 1, 62; ambos autem coniungit * [Plat.] Theag. p. 124 D: *εἴποις ἂν οὖν μοι τίνα ἐπωνυμίαν ἔχει Βάκις τε καὶ Σίβυλλα καὶ Ἀμφίλυτος;* Ut Platonem imitati sunt * Aristides or. 29 (t. 1, 567, 4 sq D.) et * Themistius or. 2 p. 26c, or. 3 p. 46c, 20 p. 235a, ita Libanium quoque philosophi vestigia pressisse veri simillimum est.

Athenas significat ep. 1347: *ἐπεθύμησε κἂν τῷ   Ἐρεχθέως χρήσεσθαι τῇ τέχνῃ.* Inter *τῷ* et *Ἐρεχθέως* vocabulum *μήδῳ* legitur, quod e *δήμῳ* corruptum esse manifestum est. *Δῆμος Ἐρεχθέως* autem Athenae vocantur post Hom. B 547 sq apud Platonem Alc. 1 p. 132 A: *εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος δῆμος Ἐρεχθέως.* Eandem significationem[4], qua gloriatos esse Athenienses e Pind. P. 7, 10 cognoscitur, paulo mutatam repetit Lib. decl. 23 (t. 6, 414, 12) neque

---

[1]) Id observavit Maur. Schmidt, Phil. 10, 614. [2]) E Platone fluxerunt loci * Aristidis or. 13 (t. 1, 181, 14 sq D.) et * Iuliani or. 4 p. 152 D. Eandem fere atque Plato sententiam copiosius reddit * Cic. de divin. 1, 3. [3]) Id observavit Markowskius p. 131. [4]) Repetitur Anthol. Pal. XI 442.

vero duobus locis, utrum ex Homero an e Platone fluxerint haec verba, certo statui potest. Laudes Athenarum profert or. 13 (t. 2, 69, 14 sqq) et laud. 5 (t. 8, 251, 14 sq). Alludit ad * Tim. p. 24 C, quo loco de Athenis a Minerva condendis sermo est; cf. imprimis verba: *ἡ θεὸς .. ἐκλεξαμένη τὸν τόπον, ἐν ᾧ γεγένησθε, τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν*[1] *ἐν αὐτῷ κατιδοῦσα, ὅτι φρονιμωτάτους ἄνδρας οἴσοι*[2]. Similiter locus decl. 2 (t. 5, 136, 2 sq) e Platone fluxit; nam * Leg. 1 p. 641 A de Athenis dicitur: *φιλόλογός τέ ἐστι καὶ πολυλόγος* (sc. *ἡ πόλις*). Quod decl. 1 (t. 5, 55, 14 sq) de Athenis profert: *λόγων ἐστὶν ἐργαστήριον ἡ πόλις,* sententiam reddit a multis auctoribus tritam[3]. Itaque non habemus, cur e Prot. p. 337 D: *τῆς τε Ἑλλάδος εἰς τὸ πρυτανεῖον τῆς σοφίας* Libanium locum suum hausisse censeamus, praesertim cum nulla similitudo verborum inveniatur, quin etiam Plato de *σοφίᾳ*, Libanius de *λόγοις* loquatur. Athenis maximam dicendi libertatem fuisse Libanius imprimis e Dem. or. 9, 3 et Gorg. p. 461 E noverat. Hanc sententiam suam fecit decl. 1 (t. 5, 54, 12 et 56, 3 sq), quae ad verba Gorgiae locus proxime accedit; cf. imprimis: *οὗ τῆς Ἑλλάδος πλείστη ἐστὶν ἐξουσία τοῦ λέγειν*[4]. Sententiam, quam decl. 1 (t. 5, 63, 12—18 et 65, 11—16) explicat, e Protag. p. 319 B sq: *ὁρῶ οὖν, ὅταν συλλεγῶμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν .., ἐὰν δέ τις ἄλλος ἐπιχειρῇ αὐτοῖς συμβουλεύειν .. κἂν πάνυ καλὸς ᾖ καὶ πλούσιος καὶ τῶν γενναίων, οὐδέν τι μᾶλλον ἀποδέχονται* fluxisse statuit Markowskius p. 127. Propius autem ad Libanii sententiam accedere mihi videtur locus* Thucydidis 2, 38, 1 sq.

Xerxes vitup. 5 (t. 8, 310, 14) vocatur: *ὁ τῆς Ἀσίας δεσπότης* et decl. 17 (t. 6, 208, 14)[5]: *τῷ τῆς Ἀσίας δεσπότῃ;* cf. decl. 1 (t. 5, 108, 15 sq) (vid. p. 19), decl. 32 (t. 7, 65, 6 sq). Eodem modo * Lys. p. 209 D ab eo exemplum petitur.

Decl. 1 (t. 5, 60, 4 sq) de legibus disserit Plato: *πόσους Δράκοντος, πόσους Σόλωνος, πόσους λελύκαμεν Κλεισθένους* (sc. *νόμους*); Simillime Themistius[6] illos tres legum latores uno tenore vocat[7]. Draconem et Clisthenem solos praedicat auctor * Axioch. p. 365 D eandem, ni fallor, quam Libanius sententiam supponens beata illorum tempora fuisse. Id si rectum est, fieri potuisse concedendum erit, ut alter locus cum altero cohaereat. — Pisistrati filiorumque Libanius decl. 1 (t. 5, 44, 13 sq) et decl. 12 (t. 5, 555, 9 sqq) meminit: iniquus est Pisistratidis gravissimamque fuisse horum dominationem

[1]) Vid. supra p. 67. [2]) Idem locus probatus est * Aristidi or. 5 (t. 1, 58, 5 sq Dind.). [3]) Mark. p. 126. [4]) Mark. p. 127. [5]) Rem hoc loco narratam hausit ex Her. 8, 140, 9, 4, flosculus autem *χρήματα ἀμύθητα* fluxit ex Isocr. 4, 94. [6]) Or. 2 p. 31 b, 23 p. 287 c. [7]) Mark. p. 112.

dicit. Atqui apud Her. 1, 59 et Thuc. 6, 54, id quod meruerunt, summis efferuntur laudibus. Etiam Hipparch. p. 228 B, 229 B eorum de Atheniensibus beneficia praedicantur. Aliter res se habet * Theag. p. 124 D sq, cuius auctor iis obtrectat tyrannosque eos vocat: *Ἱππίαν δὲ τὸν Πεισιστράτου ἐν τῇδε τῇ πόλει ἄρξαντα τίνων οἴει ἄρξαι;* et *τίν' ἐπωνυμίαν ἔχει Ἱππίας καὶ Περίανδρος διὰ τὴν αὐτὴν ἀρχήν; Οἶμαι μὲν τύραννοι.* Hac de causa Theagis loci Libanium meminisse[1] verisimile est[2]. De Pisistrati studiis Homericis Libanius loquitur or. 12 (t. 2, 29, 15 sq) et decl. 1 (t. 5, 54, 15 sq). Hipparcho autem carminum Homericorum collectio tribuitur * Hipparch. p. 228 B: *Ἱππάρχῳ .., ὃς .. τὰ Ὁμήρου ἔπη πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνί*[3]. Itaque hanc rem[4] e [Platone] hausisse rhetorem nego, sed quod decl. 1 (p. 57, 10 sq) profert, id ex * Hipparcho vel * Ionis p. 530 vel * Isocr. or. 15, 166[5] haurire poterat. — Or. 1 (t. 1, 124, 15 sqq) alludit ad Epimenidem Cretensem, de quo * Plat. Leg. 1 p. 642 D sq loquitur: *Ἐπιμενίδης γέγονεν ἀνὴρ θεῖος .. ἐλθὼν δὲ πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον παρ' ὑμᾶς κτλ.* Ambo Athenas Epimenidem vocatum esse tradunt[6].

Numerus Persarum, quos Miltiades pugna apud Marathonem facta vicit, alius ab aliis traditur[7]. Inter diversos autem scriptores quingenta milia peditum equitumque Dareum adduxisse testes sunt soli * Plato Menex. p. 240 A: *πέμψας μυριάδας μὲν πεντήκοντα ἔν τε πλοίοις καὶ ναυσί, ναῦς δὲ τριακοσίας* et * auctor epitaphii, qui Lysiae fertur, 21: *ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς .. ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας στρατιάν.* Eundem numerum Libanius quoque commemorat decl. 11 (t. 5, 515, 17 sq). Inde corrigendus est locus p. 503, 1 sq, quo Themistocles pugnam apud Marathonem factam cum pugna Salaminia comparat: codices enim *τριάκοντα* praebent[8], cui voci man. L[2] suprascripsit *πεντήκοντα.* Num e vocabulo *στρατιά* apud Libanium et [Lysiam] addito Libanium Platonis locum secutum non esse colligere liceat, incertum est. — De pugna navali apud Artemisium facta legitur Menex. p. 241 B: *ναυσὶ δὲ .. δόξαν εἶχον Πέρσαι ἄμαχοι εἶναι κατὰ θάλατταν .. τοῦτο δὴ ἄξιον ἐπαινεῖν τῶν ἀνδρῶν τῶν τότε ναυμαχησάντων, ὅτι τὸν .. φόβον διέλυσαν τῶν Ἑλλήνων.* Factum esse potest, ut ex hoc fonte fluxerit decl. 10 (t. 5, 500, 18—501, 2)[9]:

---

1) Aliter iudicat Markowskius p. 112. 2) Graeci quid de Pisistratidis iudicaverint, disserit Messius, mus. Rhen. 66, 1911, 387 sq. 3) * Aelian. v. h. 13, 13. 4) Mark. p. 112 cum ann. 2. 5) * Aeschin. ep. 4, 2; cf. Mark. p. 125. 6) * Diog. L. 1, 110. 7) Id docet etiam * schol. ad Aristid. rhet. (t. 3, 126, 16 Dind.): *οἱ μὲν τῶν ἱστορικῶν μ' μυριάδας εἶναι τὸν Δαρείου φασὶ στρατόν, οἱ δὲ ν'.* 8) Corr. Morellus. 9) De duobus proeliis hoc loco commemoratis vid. Her. 8, 9 et 15 sq.

consensus locorum exiguus est, ambo autem Atheniensium de Graecis beneficium ut inexspectatum praedicant. — Themistoclem Athenis expulsum esse testes sunt Thuc. 1, 135, 136, 1 et Plat. Gorg. p. 516 D: *Θεμιστοκλέα .. καὶ φυγῇ προσεζημίωσαν.* Libanius decl. 1 (t. 5, 104, 5) hos[1] sequitur vel potius Gorgiam, cuius locum alibi[2] quoque imitatus est. Miltiadem vero in vinculis mortuum esse[3], cuius rei saepe Libanius mentionem facit[4], minime e Gorg. p. 516 E novisse poterat. Ut * Gorg. p. 503 C sq et * Men. p. 93 B sq, ita decl. 1 (t. 5, 104, 1 sqq) a Miltiade et Themistocle et Aristide exemplum petitur: Libanius hac in re non tam Platonem quam rhetorum usum[5] secutus est. — Certe autem Platonis meminit or. 59 (t. 4, 267, 9 sqq). Alludit enim ad proelium anceps[6] apud Tanagram factum, de quo refert * Plat. Menex. p. 242 A: *συνέβαλον μὲν ἐν Ταναγρᾳ .. ἀμφισβητησίμου δὲ τῆς μάχης γενομένης διέκρινε κτλ.*

Pericles Anaxagorae discipulus vocatur decl. 1 (t. 5, 104, 12 sq). Non tam * Plat. Phaedr. p. 270 A: *Περικλῆς .. προσπεσὼν .. Ἀναξαγόρᾳ* quam Isocr. or. 15, 235 et [Dem.] or. 41, 45 Libanius secutus est, ut observavit Markowskius p. 100. Eandem autem rem decl. 1 (p. 105, 1 sqq) repetens locum Alc. 1 p. 118 C: *λέγεται .. συγγεγονέναι καὶ .. Ἀναξαγόρᾳ* ante oculos habuit, ut ex infinitivo *συγγεγονέναι* ab ambobus adhibito elucet[7]. Ideo et ipse rhetor vocatus est Conv. p. 215 E: *Περικλέους δὲ ἀκούων καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ῥητόρων,* Isocr. or. 15, 234: *Περικλῆς .. ὢν .. ῥήτωρ ἄριστος,* Aeschin. or. 1, 25: *οἱ ἀρχαῖοι ἐκεῖνοι ῥήτορες, ὁ Περικλῆς κτλ.* Quonam e fonte Libanius hanc rem hauserit, definiri nequit; significare enim Periclem videtur decl. 1 (p. 39, 12): *τὸν ποικιλώτατον τῶν ῥητόρων*[8]. De eius accusatione sermo est * Gorg. p. 516 A: *κλοπὴν αὐτὸν κατεψηφίσαντο.* Hunc locum iisdem verbis Libanius decl. 15 (t. 6, 126, 3) reddit. Ad eandem rem alludit decl. 16 (t. 6, 159, 7 sq, p. 171, 8 sq, denique p. 158, 7 sqq)[9] nec non decl. 1 (t. 5, 38, 4—9)[10]. — Phidiam aeque atque Lamprum (vid. p. 30) e Polycratis accusatione Libanio decl. 1 (vid. 63, 10) notum fuisse verisimile est, nec habemus, cur rhetorem Phidiam e * Prot. p. 311 C, * Men. p. 91 D, * Hipp. mai. p. 290 A, * Lys. or. 19, 46 novisse censeamus.

1) Mark. p. 113. 2) Vid. cap. 3 C 1. 3) Mark. p. 113 sq. 4) Decl. 1 (t. 5, 104, 4), decl. 2 (p. 134. 1), decl. 11 (t. 5, 514, 2—5). decl. 15 (t. 6, 126, 1 sq), decl. 16 (t. 6, 170, 22—171, 4), decl. 23 (t. 6, 402, 4). 5) Ric. Kohl, De scholast. decl. argum. ex hist. petitis, 1915. p. 20—26. 6) Eius meminit * Diod. Sic. 11,80. 7) Longius distat Ep. 2 p. 311 A. 8) Mark. p. 101. 9) In enuntiato formando respexit fontem Plutarchi mor. p. 10 B: *τὰς χεῖράς τινες ὑποσχόντες λήμμασιν ἀδίκοις.* Longius iam distat Menandri versus (IV 159, 2 M. = III 88, 309 K.): *ὅστις ὑπέχει χρυσίῳ τὴν χεῖρα κτλ.* 10) Mark. p. 101.

F. De proverbiis e Platone depromptis.

Nunc ad proverbia transeo, quae ambo adhibent. In his quid Platoni debeat, ut dilucidius conspiciatur, omisso Salzmanni ordine systematico primum quidem enumerabo proverbia ea, quae certe ad Platonem ut fontem redeunt, tum ea, quae ad Platonem redire verisimile, denique quae incertum est. Permagnum enim numerum proverbiorum et locutionum, quae proverbii vim habent, e Platone deprompsit[1]. Saepe proverbia vocantur locutiones, quae e Platone ab imitatoribus eius, ex. gr. Plutarcho, Luciano, Aristide, Themistio, Iuliano, depromptae sunt et quibus re vera proverbii vis minor insit, ex. gr. *χαλεπὰ τὰ καλά.*

1. De proverbiis, quae e Platone fluxisse certum est.

* Leg. 8 p. 838 E Plato haec refert: *εἰς πέτρας τε καὶ λίθους σπείροντας.* Huius locutionis, quae proverbii vim nacta est[2], exstant formulae *πέτρας σπείρειν* vel *κατὰ πετρῶν σπείρειν.* Eandem vero atque Plato formam praebet Libanius or. 2 (t. 1, 253, 2 sq), or. 40 (t. 3, 281, 13 sqq), decl. 26 (t. 6, 535, 11): inde Platonis locum eum imitatum esse evincitur. — Ep. 50: *ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἀτεχνῶς ὕδρα κἂν τέμῃς τὴν κεφαλήν, ἑτέρᾳ μάχῃ κεφαλῇ κἂν ταύτης κρατῇς, ἐντεύξῃ τρίτῃ,* ep. 206: *ζημίαι μικρὸν ἀποφαίνουσαι τὴν ὕδραν,* or. 59 (t. 4, 292, 15 sq)[3] alludit Libanius ad fabulam illam *ἐπὶ τῶν ἀμηχάνων* de Hydra traditam[4], quam primus profert * Plato Rep. 4 p. 426 E: *ὥσπερ ὕδραν τέμνουσιν.* Ut Plutarchus[5] eam e Platone deprompsit, ita Libanius quoque philosophum secutus est.

Quod ep. 1348 dicit: *δεῖ δή σε* (perperam *οὐ* addit cum Wolfio Salzmannus p. 58) *λευκὴν εἶναι πρὸς τὸν ἄνδρα στάθμην,* eadem ratione hoc proverbium intellexit, qua Plato Charm. p. 154 B. Itaque, quamquam iam Sophocles in Cedalione id adhibuit[6], e Platone id Libanium deprompsisse statuendum est. Eodem spectat ep. 1135: *ὁ γενναῖος κριτὴς λευκὴ στάθμη γίνεται.* — Nec minus Platonem sequitur ep. 306: *τοῖς εὖ φρονοῦσι τοῦ πλουτῆσαι δι' ὀνείρατος ἥδιον* et or. 52 (t. 4, 41, 4 sq). Plato enim solus huius proverbii testis est Theaet. p. 208 B et Lys. p. 218 C. — Ad fabulam[7] illam,

---

1) Salzm. p. 111 sq. 2) Post Platonem legitur apud Lucianum am. 20 et apud Aristidem or. pro IV viris hab. (t. 2, 304, 14 D.): *εἰς* (e *τὰς* correctum) *πῦρ ξαίνων . . καὶ πέτρας σπείρων;* cf. Diogen. 3, 71 cum nota Leutschii et Salzm. p. 92 sq. 3) Gladis. p. 44. 4) Eam in proverbium e Platone transisse docent Photius s. v. *ὕδραν τέμνειν,* Macar. 8, 25, 70, Apostol. 17, 40 (= schol. Plat. Rep. 4 p. 426 E) Leutsch. ad Zenob. l. l., Gruenwald. p. 7. 5) Mor. p. 341 F: *ὕδραν τέμνων.* 6) Fr., 307 N.[2]; cf. Schol. Plat. l. l. 7) Aesop. 333, Babr. 139.

quae est de asino, qui leonis corium induerat, spectant Plato Crat. p. 411 A: *τὴν λεοντῆν ἐνδέδυκα* et Libanius ep. 334 et ep. 968 Firmino data (vid. p. 45): *ἐνέδυ τὸν σοφιστήν*[1]. — * Rep. 5 p. 450 B Thrasymachus indignatus Socratem interrogat: *χρυσοχοήσοντας οἴει τούσδε νῦν ἐνθάδε ἀφῖχθαι, ἀλλ' οὐ λόγων ἀκουσομένους;* Proverbii: *ἐγὼ δὲ ᾤμην χρυσοχοήσειν*[2] testis solus cum Plato sit, colligere fortasse licet ex hoc id Libanium or. 64 (t. 4, 493, 9 sq) suum fecisse. — De labore frustra coepto dicebant: *Πηνελόπης ἱστόν*[3]: id proverbium profert Plato Phaed. p. 84 A ad rem Hom. *β* 104 sq narratam respiciens. Inde, ut pronomine indefinito ab ambobus adhibito probatur, id deprompsit Lib. ep. 658: *ἱστόν τινα Πηνελόπης ἀναλύσων.*

Or. 64 (t. 4, 463, 14 sq) legitur: *ἡ . . παροιμία*[4] *φησὶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα* et ep. 1242: *ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, φασίν, ἐπεδείξω τὴν κηδεμονίαν.* Primus huius proverbii testis est * Plat. Crat. p. 413 A. Id ut Lucianus Gall. 6 suum fecerat, ita Libanius quoque e Platone hausit[5]. Thes. 1 (t. 8, 557, 11 sq) dicti Solonis[6] memor est inde a Platone tritissimi * Rep. 4 p. 435 C: *ἴσως γὰρ . . τὸ λεγόμενον ἀληθές, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά,* 6 p. 497 D: *τὸ λεγόμενον τὰ καλὰ τῷ ὄντι χαλεπά,* * Hipp. mai. p. 304 E: *τὴν . . παροιμίαν, ὅ τί ποτε λέγει τὸ χαλεπὰ τὰ καλά, δοκῶ μοι εἰδέναι,* Crat. p. 384 A: *παλαιὰ παροιμία, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά ἐστιν.* E Platone aeque ac Libanius id proverbium deprompsit Themistius or. 22 p. 276 c[7]. — Ep. 423: *μεταπεσόντος ὀστράκου φεύγεις,* or. 27 (t. 3, 33, 2 sq), or. 63 (t. 4, 394, 8) affert Lib. proverbium[8], quod primum invenitur Plat. Phaedr. p. 241 B: *ὁ πρὶν ἐραστὴς ὀστράκου μεταπεσόντος ἵεται φυγῇ,* cuius loci condicio insuper ep. 423 similis est: inde e Platone[9] id proverbium Libanium hausisse colligendum est[10]. Paulo alia sunt verba Rep. 7 p. 521 C. — Proverbium illud, quod dicit: *αἱ κύνες τὰς δεσποίνας μιμούμεναι,* primum legitur * Plat. Rep. 8 p. 563 C[11]. Id repetit[12] Libanius or. 18 (t. 2,

---

1) De hoc proverbio vid. Zenob. 3, 75 cum nota Leutschii, Erasm. Adag. p. 275, Salzm. p. 78 sq. In contrarium id convertit Plut. mor. p. 785 E: *ἐκδύσαντες τὴν λεοντῆν.* 2) Greg. Cypr. prov. Leid. 3, 39 c. annot. Leutschii. 3) Salzm. p. 17 sq. 4) De eius origine cf. schol. Plat. l. l. et Salzm. p. 65. 5) Poll. 3, 151, Zenob. 6, 23, Bastius, epist. crit. p. 243, Gardiner, Journ. of Hell. Stud. 24, 70 sq. 6) Ut exponunt Zenob. 6, 38, Append. proverb. 5, 22, Greg. Cypr. prov. L. 3, 30, schol. Plat. Hipp. mai. p. 304 E. 7) Pohlschm. p. 14. 8) E ludo puerorum arcessitum dicitur: *ἐπὶ τῶν ἐξαίφνης πρὸς οὐδένα λόγον μεταβαλλομένων,* ut docent schol. ad Plat. l. l. et schol. ad Libanii or. 27 l. l. in cod. V manu 2 adscriptum. 9) E Platone id deprompserunt Dio Chrysost. or. 4 (t. 1, 73, 26) et Lucianus apol. 1. Testim. omnia congessit Leutsch. ad Diogen. 3, 54; cf. Salzm. p. 59. 10) Idem iudicat Astius ad Phaedr. l. l. 11) Idem exstat apud Diogen. 3, 51; Cicero ad Att. 5, 11, 5 Platonem sequitur. Cf. schol. ad Plat. l. l. et Salzm. p. 77. 12) Id statuo cum Cobeto, Mnem. 5, 1877, 132.

293, 9 sq) et or. 48 (t. 3, 446, 21—447, 1). — Decl. 30 (t. 6, 627, 4 sq) et ep. 84: *αὐτόματος ἐπ' ἀγαθῶν συνέδριον ἀγαθός* alludit ad proverbium[1], quod in animo habuit * Plato Conv. p. 174 B: *ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβάλλοντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί.*

Or. 64 (t. 4, 442, 8 sqq) dicit Libanius: *τὴν Ἄιδος κυνῆν ἢ τὸν Γύγου δακτύλιον ἔχοντες ἀδικοῦσιν, ὑφ' ὧν λανθάνουσι.* Proverbium, quod est de *Ἄιδος κυνῆ,* iam * Hom. E 845 et * Ar. Ach. 390 usurpaverunt; multo autem gravioris momenti est statuere haec duo proverbia, quae Libanius composuit, etiam a Platone Rep. 10 p. 612 B coniungi. Platonis locus Luciano placuit (bis accus. 21)[2]: *τὸν τοῦ Γύγου δακτύλιον ἔδωκεν . . ἢ τὴν τοῦ Ἄιδος κυνῆν κτλ.,* qui vel in ordine membrorum eum sequitur. Etiamsi apud Lucianum et apud Libanium duo membra *ἢ* coniunctione distrahuntur, non habemus, cur Luciani vestigia rhetorem Antiochenum pressisse ponere[3] malimus quam Platonis, cuius studium praecipue in or. 64 elucet. Inde autem verisimile fit etiam or. 56 (t. 4, 136, 10 sq) et ep. 1031, quibus locis Gygis anuli mentio fit, Reip. locum in suum usum Libanium vertisse[4]. — Phaed. p. 101 D: *σὺ δὲ δεδιὼς ἄν, τὸ λεγόμενον, τὴν σεαυτοῦ σκιάν*[5] idem proverbium adhibet Plato, quod Libanius decl. 12 (t. 5, 541, 8 sq) et decl. 27 (t. 6, 552, 12 sq). Hos igitur locos Libanium e Platone hausisse censeo. — E parte Phaedri, qua de Stesichori palinodia sermo est, quam alibi quoque imitatus est (p. 243 B: *πειράσομαι αὐτῷ ἀποδοῦναι τὴν παλινῳδίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ*) flosculum proverbialem[6] *γυμνῇ τῇ κεφαλῇ*[7] recepit Libanius or. 49 (t. 3, 457, 21), or. 56 (t. 4, 136, 13 sq), decl. 33 (t. 7, 100, 7), descr. 3 (t. 8, 469, 2 sq): *γυμνοὶ μὲν τὰς κεφαλάς.*

Proverbii vim habet locutio Libanii or. 11 (t. 1, 477, 13) prolata: *τοὺς χόας τῆς θαλάττης μετρεῖν ⟨ῥᾷόν⟩ ἐστιν ἢ κτλ.* Haec e * Theaet. p. 173 D fluxit[8], qui locus etiam * Aristidi probatus est or. 3 (t. 1, 30, 17 Dind.)[9].

---

[1]) De eius forma recta (*αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν* [malim *ἀγαθῶν*] *ἐπὶ δαῖτας ἴασι*) lis fuit inter Hugium, Disput. de Graec. prov., Turici 1872 et Rettig., Vindiciae Platonicae, Bern. 1872; cf. Hug., mus. Rhen. 28, 1873, 627, 29, 1874, 464. — Omnia eius testimonia congessit A. Jahnius in edit. Convivii Platonici, 1875 p. 4. [2]) Rein., Sprichw. b. Luc., Tubing. 1894 p. 9. [3]) Salzm. p. 6, 27. [4]) E Rep. illam de Gygis anulo narratiunculam recepit Greg. Naz. III 1435, 7 sq, ut annotat Gronav. p. 54 sq. [5]) A Platone alieni sunt loci Plut. mor. p. 709 C: *σκιὰν φεύγειν* et Aristid. or. 9 (t. 1, 105, 20 Dind.): *τρέμοντες δὲ ἑκάστου σκιάν.* [6]) Salzm. p. 49 sq post Greg. Cypr. prov. L. 1, 81, ubi vid. notam Leutschii. [7]) Locum Themistii or. 13 p. 162 a: *γυμναῖς ταῖς κεφαλαῖς* annotat Pohlschmidtius p. 31. [8]) Id observavit Cobetus, Mnem. 5, 108. [9]) Idem locus placuit Themistio or. 7 p. 97 c

Ep. 47: *οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν ἦν ὄρη τε διορύττειν καὶ ἀνδρῶν κρατεῖν ἀρετῆς* alludit ad ingentem regis Persarum apparatum, quo usus contra Graecos ad bellum profectus est, cuius testes sunt Plat. Leg. 3 p. 699 A: *Ἄθω τε διορυττόμενον* et [Lys.] epit. 29: *διορύξας δὲ τὸν Ἄθω.* Eiusdem rei Iulianus mentionem facit cum or. 2 p. 79 A tum or. 8 p. 243 B Platonem, quem nominat, secutus; inde verisimile fit Libanium quoque eodem fonte usum esse. — Crisonem, cuius in currendo celeritatem commemorat Lib. ep. 670, e Platone noverat, qui eius meminit Prot. p. 335 E: *ὥσπερ ἂν εἰ δέοιό μου Κρίσωνι τῷ Ἱμεραίῳ δρομεῖ ἀκμάζοντι ἕπεσθαι* et Leg. 8 p. 840 A, quo loco de eius in vita agenda moderatione loquitur: apud posteriores demum scriptores[1] celeritas eius in proverbium abiit. Una cum Crisone[2] Polydamantem Scotussaeum[3] ep. 670 nominat, solum eum decl. 16 (t. 6, 180, 1). Hunc quoque, cuius vis clarissima erat[4], Plato primus nominat Rep. 1 p. 338 C: *Πολυδάμας ἡμῶν κρείττων ὁ παγκρατιαστής,* post eum autem a plurimis auctoribus[5] nominatur.

Liberius utitur Libanius proverbio Rep. 2 p. 362 D prolato: *τὸ λεγόμενον, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη.* Id libere reddit ep. 133: *φίλος ἀνδρὶ παρείη, φασί,* ep. 1216: *βεβαίου τὴν παροιμίαν, φίλος ἀνδρὶ παρών,* ep. 1492: *ἐβεβαίωσας τὴν παροιμίαν, ἥ φησιν φίλος ἀνδρὶ παρείη*[6]. — Quod ep. 554 Libanius scribit: *τί ἂν τις αἰτιῷτο φεύγοντα πῦρ;* alludi ad Rep. 8 p. 569 B observavit Wolfius[7].

2. De proverbiis, quae e Platone fluxisse verisimile est.

Locutio: *πῦρ ἐπὶ πῦρ,* quam adhibet Lib. decl. 26 (t. 6, 538, 1), a Cratino[8] et Aristophane[9], tum demum a Platone Leg. 2 p. 666 A adhibita est; Platonis autem locum clarissimum fuisse elucet e Zenobii annotatione ad 5, 69 facta: *παροιμία, ἧς μέμνηται Πλάτων*[10], et Iulianus ep. 52: *πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύουσι* Platonem secutus est. Inde

---

et or. 21 p. 262 b. Locos ceteros, quibus id proverbium occurrit, congessit Jacobs., Lect. Stobens., 1827, 6; cf. Heind. ad Plat. l. l. et Salzm. p. 89.

1) Diod. Sic. 12, 5, 23, 29, Dion. H. 10, 61, 11, 1, Paus. 5, 23, 4; cf. Salzm. p. 30. 2) Aeque atque Libanius hos viros uno tenore nominat Sext. Iulius Africanus apud Euseb. *Ἑλλ. Ὀλυμπ.* p. 11. 3) De eius vita cf. schol. Plat. Rep. l. l. 4) Eundem nominat auctor ep. 1584. 5) Ex. gr. Aristid. or. 46 (2, 333, 14). Cetera testimonia vid. apud Papium s. v. *Πολυδάμας.* 6) Salzmannus p. 68 sq aliis ex auctoribus locos similes afferre frustra conatus est. 7) Idem proverbium usurpavit Plutarchus mor. p. 532 D; cf. Leutschii notam ad Diogen. 8, 45 et Salzmannum p. 94. 8) *Βουκόλ.* (II 26, 15 M. = I, 18, 18 K.). 9) Fr. 453. 10) Huius proverbii testimonia vid. apud Zenob. l. l. c. nota Leutschii. Macar. 7, 48; cf. Salzm. p. 93 sq.

verisimile fit Libanium eodem fonte usum esse. — De Protagorae Prodicique sophistarum admiratione locutus * Plato Rep. 10 p. 600 D dicit: *οὕτω . . φιλοῦνται ὥστε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι.* Hoc proverbium[1] Lib. compluribus locis in usum suum convertit[2]: or. 48 (t. 3, 436, 1 sq), ep. 1524, mutavit id ep. 547: *ὅ γε δῆμος . ., κἂν ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἄρχοντα ἀγαθὸν περιφέροι,* ep. 193: *ἡμεῖς σε περιφέρομεν ἐν τῇ ψυχῇ,* ep. 1408, or. 64 (t. 4, 482, 6 sq)[3]. — Euthyd. p. 302 B: *ἐστρεφόμην ἤδη, ὥσπερ ἐν δικτύῳ εἰλημμένος* idem proverbium[4] usurpatur atque a Libanio or. 59 (t. 4, 249, 18), liberius ep. 551: *ἦν εἴσω θυρῶν, μᾶλλον δὲ ἐν δικτύῳ* et or. 12 (t. 2, 32, 14 sq). — Proverbium, quod dicit: *οὐδὲ Ἡρακλῆς πρὸς δύο*[5], primum apud Archilochum (fr. 119) invenitur: Plato autem id in omnium usum protulit[6] * Phaed. p. 89 C alluditque ad id Euthyd. p. 297 C et Leg. 11 p. 919 B. Proxime ad Phaedonem accedit ep. 1177: *πρὸς δύο δέ φησιν οὐδ' Ἡρακλῆς,* liberius proverbium vertit or. 1 (t. 1, 101, 17 sq). Huc denique locum or. 34 (t. 3, 199, 6 sq) refero. Longius autem a Platonis loco, e quo Libanium id proverbium novisse verisimile est, distat ep. 50: *καλούμενον ὥσπερ Ἡρακλέα σύμμαχον.*

Phaedr. p. 257 D legitur: *γλυκὺς ἀγκών, ὦ Φαῖδρε, λέληθέ σε, ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη*[7]. Cum praeter hunc locum huius proverbii testimonia rara[8] sint, Platonis loco id Libanium debere verisimile est: scribit enim ep. 46: *τοῦτ' ἐμοὶ γλυκὺς ἀγκών.* Huc accedit, quod ep. 611 (s. init.): *οὐκοῦν τὸν ἀγκῶνα τοῦτον τὸν γλυκὺν . . οὐκ ὀλίγοι τῶν πλεόντων ὑπομένουσι;* aeque atque Plato de Nilo id intellegit. — Quod ep. 1069 Libanius profert: *δεῖ μὴ τὰ μέγιστα εὐθὺς ζητεῖν μηδ' ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν φασίν,* memor est proverbii, quod praeter Aristophanem Plato adhibet[9] Lach. p. 187 B et Gorg. p. 514 E. E Platone id fluxisse multo veri similius est quam ex Aristophanis fabula deperdita.

---

[1]) Erasm. Adag. p. 50, Lingenberg., progr. Colon. 1872 p. 12, Salzm. p. 50. [2]) Neque vero unquam *ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς* praebet, ut cum Platone Themistius or. 21 p. 254a; cf. Pohlschm. p. 16. [3]) Simillimus est locus Dionis Chrys. or. 50 (t. 2, 99, 15): *ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς περιφεροίμην.* [4]) De eo disputat Salzmannus p. 57. [5]) De eius origine vid. schol. Plat. Phaed. p. 89C. [6]) Idem iudicat Salzmannus p. 9. [7]) Rectius fortasse Kockius (ad Plat. l. l.) id explicavit quam cum Platone Salzmannus p. 44. [8]) Plato com. fr. (II 677, 4 M. = I 650, 178 K.): *ὦ γλυκὺς ἀγκών,* Athen. 12 p. 516 A, 540 F, Greg. Cypr. prov. L. 1, 86, Apost. 5, 50, Mantiss. prov. 1, 42. Suid.; cf. Salzm. l. l. [9]) Hos solos eius testes esse affirmat schol. Plat. Lach. p. 187 B: *κέχρηται δὲ αὐτῇ Ἀριστοφάνης ἐν Προάγωνι* (fr. 469) *καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ;* cf. Zenob. 3, 65, Salzm. p. 57 sq.

Primum[1] apud * Platonem legitur Rep. 6 p. 487 A: *οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος, ἔφη, τό γε τοιοῦτον μέμψαιτο.* Inde id proverbium deprompsit * Lucianus hist. conscr. 33: *οὐδ' ὁ Μῶμος μωμήσασθαι δύναιτο*[2]. Locum decl. 15 (t. 6, 127, 3 sq) propter vocabulum *μωμεῖσθαι* ab ambobus adhibitum ad Lucianum referre facile pelliciatur quispiam, sed cum studii Lucianei vestigia apud Libanium certa rarissime reperiantur (p. 5, 19, 30, 71 ann. 2), e Platone id proverbium rhetorem novisse statuere malo. Ad idem spectat ep. 1047: *τῷ Μώμῳ τὴν γλῶτταν δήσαντα* et or. 12 (t. 2, 43, 7 sq). — De Euripo legitur * Phaed. p. 90 C: *πάντα τὰ ὄντα ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐν Εὐρίπῳ ἄνω καὶ κάτω στρέφεται.* Hanc comparationem, quae in proverbium[3] abierat, suam fecit Libanius decl. 12 (t. 5, 554, 2 sq). Ut e verborum consensu cognoscitur, Platonis ipsius rhetor memor fuit. — Stesichori *παλινῳδία* (p. 86) e Phaedr. p. 243 A et ex Ep. 3 p. 319 E ut Aristidi, Luciano, aliis[4], ita Libanio quoque nota erat: eam commemorat ep. 841: *γενοῦ Στησίχορος ἡμῖν παλινῳδίαν ᾄδων*, ep. 722, or. 2 (t. 1, 259, 11), decl. 19 (t. 6, 283, 11), decl. 21 (t. 6, 335, 1).

Disserens, quanam ratione e principe civitatis tyrannus fiat, Plato Rep. 8 p. 565 D sq in mytho narrato: *ὁ γευσάμενος* inquit *τοῦ ἀνθρωπίνου σπλάγχνου . . μὴ ἀπόσχηται ἐμφυλίου αἵματος.* Verisimile est hoc libere Libanium usum esse[5] decl. 21 (t. 6, 335, 16 sq), fortasse etiam ep. 474: *ὡς ἀδικοῖεν αὐτὸν σπλάγχνων, φασί, ποιοῦντες μὴ φαγεῖν.* — Scythae fugientes pugnare hostesque, qui persequuntur, ex inopinato aggredi solebant, ut elucet e Lach. p. 191 A. Hunc locum, cui proverbii vis inesse videtur, respexit Libanius ep. 192: *οὗτοί γε πάντων εἰσὶ χαλεπώτατοι, νικῶντες ὥσπερ οἱ Σκύθαι· φεύγοντες γὰρ νικῶσι.*

Or. 14 (t 2, 102, 15 sq) legitur: *οὔπω παρούσης ἑορτῆς ἑορτάζων* similiterque ep. 183: *ἀπούσης μὲν ἑορτῆς αὐτὸν ἑορτὴν εἶναι καὶ μόνον.* His verbis eandem *ἐπὶ τῶν τὰ πράγματα προλαμβανόντων*[6] sententiam reddit, quam Plato Lys. p. 205 D et Theaet. p. 164 C. Factum esse potest, ut e Platonis locis huic sententiae proverbiali novam formam ipse dederit[7].

---

1) Ut observavit Klingenbergius p. 12. 2) Repetit id Lucianus ex. gr. deor. dial. 20, 2; cf. Salzm. p. 10. 3) Saepissime alibi Euripi mentionem facit, neque vero hi loci e Platone pendent; ex. gr. or. 25 (t. 2, 566, 13 sq) fluxit ex * Aeschin. or. 3, 90: *πλείους τραπόμενος τροπὰς τοῦ Εὐρίπου.* Ceteris de locis vid. Salzm. p. 36. Themistius autem sola in or. 5 p. 67 a Euripum commemorat; cf. Pohlschm. p. 39. 4) Testim. omnia congesserunt Leutschius ad Macar. 7, 81, Bergk. PLG III[4] p. 218; cf. Salzm. p. 32. 5) Salzm. p. 64 sq. 6) Schol. Plat. Lys. p. 205 D. 7) Ut observavit nixus Diogen. 7, 56 Salzmannus p. 63.

3. De proverbiis, quae num e Platone fluxerint, incertum est.

Ultimo loco colloco proverbia ea, quae e Platone Libanium deprompsisse haud ita verisimile est.

Proverbii: *ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον* testimonia exstant inde a Cratino[1] et Euripide[2] plurima[3]. Itaque non haberemus, cur ad Euthyd. p. 285 B: *ὥσπερ ἐν Καρὶ ἐν ἐμοὶ ἔστω ὁ κίνδυνος* vel Lach. p. 187 B referremus locos Libanii: ep. 1134: *ἐν τῷ Καρὶ κινδυνεύειν οἴεσθε* et decl. 23 (t. 6, 415, 3 sq)[4]. Sed cum in epistulis Themistio datis aliis et in decl. 23 plurima studii Platonici vestigia certa inveniantur, melius ad Platonem quam ad auctores modo nominatos referemus locos Libanii[5]. — Adrasteam invocat Libanius or. 1 (t. 1, 158, 5), decl. 15 (t. 6, 124, 16 sq), ep. 286: *προσκυνῶ τὴν Ἀδράστειαν.* Hac in re sequitur * Plat. Rep. 5 p. 451 A: *προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν* et * Dem. or. 25, 37: *Ἀδράστειαν . . προσκυνῶ.* Propius ad Platonem[6] quam ad Demosthenem rhetoris loci accedere videntur.

Proverbii: *δευτέρων ἀμεινόνων*[7] testimonia leguntur apud Plat. Leg. 4 p. 723 D: *ἀμεινόνων ἐξ ἀρχῆς δευτέρων* et Aristot. Metaph. 1, 2. Platonis autem locum longe notiorem fuisse elucet e nota Hesychii, qui s. v. *δευτέρων ἀμεινόνων* addit: *μνημονεύει Πλάτων.* Ante Libanium id Aristides rhetor adhibuit or. 14 (t. 1, 366, 7 sq D.), or. 20 (t. 1, 427, 9 D. = 2, 11, 1 K.), or. 21 (t. 1, 438, 2 D. = 2, 22, 26 K.), or. 44 (t. 1, 844, 5 D.), or. 51 (t. 2, 572, 1 D.). Quae cum ita sint, certo diiudicari nequit, utrum e Platone an ex Aristide id proverbium in suum usum Libanius receperit, qui persaepe[8] id adhibet: ep. 695, 841, 856, 884, 1066[9], 1114[10], 1244, 1312, 1518, 1542, 1550, or. 59 (t. 4, 280, 13 sq), decl. 10 (t. 5, 497, 7), decl. 21 (t. 6, 334, 4). — Homo miserrimus vocabatur: *Μυσῶν ἔσχατος.* Primum hoc proverbium legitur * Theaet. p. 209 B (cf. Gorg. p. 521 B), post eum autem usitatum est apud poetas comicos[11]. Libanius id profert or. 14 (t. 2, 97, 15 sq) de Aristophane suo locutus. Factum esse potest, ut e Platone id proverbium suum fecerit, neque vero

---

1) *Βουκόλ.* (II 30, 4 M. = I 17, 6 K.). 2) Cycl. 654. 3) Vid. Papium et Bensel. s. v. *Κάρ,* Foerster. t. 6, 415, 3, Salzm. p. 42. 4) Hic locus ad eundem fontem recedere videtur, quem Polyb. 10, 32 secutus est. 5) Idem iudicat Cobetus, Mnem. 5, 157. 6) Hunc sequitur etiam Themistius or. 34 p. 39; cf. Pohlschm. p. 15. Sed or. 2 (t. 1, 255, 15) ad [Eur.] Rhes. 468: *σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγω* refertur. 7) Diogen. 4, 15, Apostol. 5, 88, Arsen. 176, Leutsch. ad Zenob. 3, 15. 8) Salzm. p. 64. 9) Vid. p. 76 ann. 1. 10) Ep. 1227 a Salzmanno citata genuina non est. 11) Menand. fragm. (IV 327, 481 M. = III 211, 751 K. et IV 86, 7 M. = III 19, 55 K.), Philem. fr. (IV 25, 3 M. = II 499, 77 K.), Magn. fr. (II 11, 1 M. = I 8, 5 K.).

certius quicquam definiri potest, praesertim cum ne comicorum quidem poetarum studium neglexerit Libanius[1]. — Ep. 349: *οἶμαι δὲ οὐ λίθον ἕψομεν* proverbium illud redditur, quod apud Arist. Vesp. 280 et [Plat.] Eryx. p. 405 B legitur. Ex auctoribus posterioribus[2] id placuit Aristidi or. 46 (t. 2, 302, 13) et Iuliano or. 8 p. 249 A, qui et ipsi Platonis studiosissimi sunt. Sic Libanius quoque e [Platone] id proverbium fortasse noverat, quamquam Eryxia dialogo rarissime usus est.

Ep. 1443: *εὕδοντι γάρ φασι κύρτος αἱρεῖ* et ep. 84 Libanius ad proverbium: *εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ* alludit. Apud Platonem autem legitur Leg. 7 p. 823 D sq: *μήτε ἐγρηγορόσι μήτε εὕδουσι κύρτος ἀργὸν θήραν διαπονουμένοις*. At cum apud eum proverbii vis plane omissa esse videatur, inde id recepisse Libanium veri dissimile est[3]. — Proverbium, quod adhibet Libanius ep. 1117 (s. fin.): *ἵνα καὶ σώζῃς τὴν παροιμίαν ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος* et quod in animo habet laud. 5 (t. 8, 252, 15), primum legitur[4] apud * Ar. Vesp. 846 et * Plat. Euth. p. 3 A et Crat. p. 401 B. Ad hos fontes recedit ut Aristides or. 46 (t. 2, 246, 20 D.) aliique, ita Libanius: sed utrum auctorem secutus sit, certo diiudicari nequit. — Proverbium: *ὁ δεύτερος πλοῦς*, quod saepissime Libanius adhibet (ep. 81, 93, 339, 354, 381, 536, 617, 651, 687, 735, 1211, or. 52 (t. 4, 46, 1); decl. 25 (t. 6, 481, 5 sq): *τὸν ἕτερον πλοῦν*), primum[5] quidem Phaed. p. 99 D[6], Phil. p. 19 C, Polit. p. 300 B legitur, postea autem usitatissimum[7] est: itaque num e Platone Libanius id noverit, dubium est. — Quae de Proteo proverbialiter dicebantur decl. 12 (t. 5, 558, 16): *ὑπὲρ τὸν Πρωτέα τὴν φύσιν ἀμείβων*, or. 12 (t. 2, 41, 14), or. 18 (t. 2, 312, 18 sq), ea tritiora[8] sunt, quam ut ad Platonem ea referam, praesertim cum neque cum Euthyd. p. 288 B neque cum Euth. p. 15 D aut cum Ion. p. 541 E ulla verborum similitudo intercedat. — Formulam illam: *τὸν κολοφῶνα ἐπιτιθέναι* vim proverbialem habuisse recte Salzmannus p. 39 observavit. Ut Plato aliique auctores plurimi, ita Libanius eam amat: legitur enim apud illum Euthyd. p. 301 E, Leg. 2 p. 673 D, Ep. 3 p. 318 B, saepius, apud hunc ep. 114, 217, 346, 647, 1501, or. 25 (t. 2, 549, 10), or. 48 (t. 3, 442, 1). Num e Platone eam noverit, dici nequit. — Similiter res se habet in proverbio: *κοινὰ τὰ τῶν φίλων*, quod adhibet Plato Phaedr.

---

1) De hoc proverbio vid. Salzm. p. 41. 2) Testimonia omnia congessit Schneidewin. ad Append. prov. 3, 67; cf. Salzm. p. 91. 3) Itaque Salzmannus p. 57 hunc locum silentio praeteriit. 4) Testimonia congesserunt Papius l. l. s. v. *Ἑστία* et Salzmannus p. 7 sq. 5) Ut observavit Salzmannus p. 55 sq. 6) Vid. schol. ad l. l. 7) Diogen. 2, 45. 8) Vid. Papium s. v. *Πρωτεύς* et Salzmannum p. 10.

p. 279 C, Rep. 5 p. 449 C, Leg. 5 p. 739 C, Lys. p. 207 C. Pro maximo testimoniorum numero[1] non habemus, cur ep. 330 ceterosque locos plurimos ad Platonem referamus: ep. 213, 1043, 1125, 1422, 1530, 1553. In contrarium id proverbium vertit or. 1 (t. 1, 138, 1): *τὴν παροιμίαν κοινὰ τὰ τῶν ἐχθρῶν.*

Eurybatus et Phrynondas ut homines sceleratissimi in proverbium abierunt: hos una * Plat. Prot. p. 327 D: *εἰ ἐντύχοις Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνώνδᾳ* et * Aeschin. or. 3, 137: *οὔτε γὰρ Φρυνώνδας οὔτε Εὐρύβατος· οὔτε ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν,* utrumque auctores plurimi[2] nominant. Ambos coniungit Libanius or. 63 (t. 4, 393, 13 sq) et ep. 535: *ὁ Εὐρύβατος ἐκεῖνος ἢ Φρυνώνδας.* Artius autem cum Aeschine quam cum Platone his locus cohaerere videtur; Libanius enim pergit scribere: *μᾶλλον δὲ πάντας τοὺς ἐπὶ πονηρίᾳ βεβοημένους.* — Vix cum ep. 1491: *διαλέγομαι ταῖς πέτραις* et decl. 8 (t. 5, 440, 15 sq) comparare licet Phaedr. p. 275 B: *ἀπέχρη δρυὸς καὶ πέτρας ἀκούειν*[3].

Legitur ep. 532: *Λυδὸν εἰς πεδίον ἴσθι προκαλούμενος,* ep. 1318: *Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλοῦμαι,* ep. 1474: *εἴσῃ Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλούμενος.* Hoc proverbium[4] Libanius ipse ex Her. 1, 79 effinxisse videtur commotus loco * Theaet. p. 183 D[5]: *ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖς, Σωκράτη εἰς λόγους προκαλούμενος.* Talia enim facere Libanium minime a se alienum putasse iam observavimus (vid. p. 62).

G. De priorum auctorum locis, qui apud Platonem et Libanium inveniuntur.

Iam transeo ad locos eos, quibus Libanius poetas, qui ante Platonem fuerunt, ita respicit, ut utriusque memorem fuisse rhetorem cognoscatur. Ut enim dialogorum condicionibus et proverbiis e Platone depromptis, ita poetarum quoque locis varia ratione usus est. Ac primum quidem affero locos, quibus iudicii, quod de talibus locis Plato profert, Libanius meminit.

---

1) Erasm. Adag. p. 51, Salzm. p. 68. 2) Testimonia omnia congesserunt Papius et Benseler s. v. *Εὐρύβατος* et *Φρυνώνδας;* cf. Salzm. p. 28. Ut * Dem. or. 18, 24 Eurybatum commemorat Lib. or. 1 (t. 1, 170, 8), or. 27 (t. 3, 37, 7 sq), or. 46 (t. 3, 381, 23), ep. 49; Phrynondae mentio fit or. 1 (t. 1, 148, 18), ep. 1038. 3) De hoc proverbio vid. Salzm. p. 93. 4) *ἐπὶ τῶν θᾶττον βουλομένων τι δρᾶσαι καὶ προθύμως* (Apostol. 10, 81); cf. Erasm. Adag. p. 595, Salzm. p. 43. 5) Hic et ipse proverbialiter pronuntiatus est, ut elucet e schol. ad Plat. l. l.: *Πλάτων Θεαιτήτῳ καὶ Μένανδρος Καταψευδομένῳ* (IV 147, 3 M. = III 77, 268 K.).

1. Memor est Platonis de iis iudicii.

Huc pertinent loci nonnulli Homeri et Hesiodi, quorum interpretatione et laudibus Socratem adulescentium animos corrumpere ut illi in iudicio accusatores, ita Polycrates contenderat. Decl. 1 (t. 5, 67, 11 sqq) Homerum dignum esse, qui vituperetur, exponit et argumentum a Polycrate ad Socratem accusandum prolatum ad eum defendendum convertit[1]. Idem fecerat * Plato Rep. 1 p. 334 A sq: *ἐκεῖνος τὸν τοῦ Ὀδυσσέως πρὸς μητρὸς πάππον Αὐτόλυκον . . φησὶν . . πάντας ἀνθρώπους κεκάσθαι κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε* (cf. * Hom. τ 394 sq). Inde verisimile fit Platonem quoque Polycratis scriptionem refutare[2]. Sed idem locus Platonis[3] Libanio iterum probatus est decl. 5 (t. 5, 339, 14 sqq). Vocabulo *πάππος* a Platone et Libanio adhibito alterum locum ex altero fluxisse evincitur. Eiusdem[4] meminit Libanius laud. 2 (t. 8, 225, 19—226, 5) et ep. 49: *τοῦ τε Αὐτολύκου τὸ κλέπτειν*[5].

Cronus quid fecerit in Urano patre, explicat * Hesiodus theog. 180 sq. Hunc quoque locum accusatores Socrati exprobravisse videntur, quia Libanius decl. 1 (t. 5, 82, 5—9) eandem fabulam commemorat nec non * Plato Rep. 2 p. 377 E sq, qui poetam vituperans ne talia adulescentes legant optat: *τοῦ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέως . . ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἄφρονάς τε καὶ νέους*[7]. — Similiter versum Hesiod. op. 311 eo sensu, ut furta, fraudes, similia facere omnibus liceret, a Socrate explicatum esse Polycrates contenderat[8], ut e refutatione Xenophontis (* Mem. 1, 2, 56) cognoscitur. Nec distat locus * Charm. p. 163 B, quo Critias id solum, quod honeste factum esset, *ἔργον* esse docet. Ad idem accusatorum argumentum spectat Libanius decl. 1 (t. 5, 61, 18 sq). — * Hes. op. 304 homo otiosus: *κηφήνεσσι κοθούροις*[9] *εἴκελος ὀργήν* et similiter * theog. 594 sq vocatur. Haec comparatio Platoni placuit * Leg. 10 p. 901 A[10], Rep. 8 p. 552 C, 567 D. Eadem Libanio probata est decl. 32 (t. 7, 44, 13 sq), at num Platonis memor fuerit, certo statui nequit.

---

[1]) Mark. p. 13. [2]) Ut observavit Markowskius p. 64. [3]) Qui placuit Themistio or. 21 p. 251 c; cf. Pohlschm. p. 21. [4]) Autolyci furtorum testes sunt reliqui * [Apollod.] bibl. 1, 9, 16, * Eustath. ad Il. K 267, Tzetz. ad Lycophr. 344. [5]) Salzm. p. 17. [6]) Factum esse potest, ut eandam rem in animo habuerit Libanius decl. 27 (t. 6, 561, 1): *εἰ γὰρ ἀπαλλαγείην τοῦ Κρόνου τούτου ποτέ,* quae verba ad versum comoediae Atticae revocat Kockius CAF III p. 502 nr. 510. [7]) Cf. Hom. Ξ 203 sq, Hes. theog. 492—500, Euth. 6 A, Conv. 195 C (Mark. p. 121). [8]) Mark. p. 10 sq cum annot. [9]) De his vid. Timaeum in lex. Platon. [10]) Cf. Th. Heine, De ratione, quae Platoni cum poetis Graecorum intercedit, Vrat. 1880, p. 17.

* Theognidis versibus 35 sq testibus usus est Socrates sententiae suae virtutem docendam esse, ut elucet e * Men. p. 95 C sq, quo loco pergit dicere: *οἶσθ', ὅτι ἐν τούτοις μὲν ὡς διδακτοῦ οὔσης τῆς ἀρετῆς λέγει* et e * Xen. Mem. 1, 2, 20[1]. Non solum versum illum, sed etiam hanc interpretationem suam fecit Libanius or. 52 (t. 4, 38, 2—5); versus ipsius meminit ep. 79 et ep. 1366. — Hactemus in poetarum locis vituperandis cum Platone congruit[2]. Ironice autem laudat * Homerum μ 342, quam sententiam adulescentibus utilem esse negat * Plato Rep. 3 p. 390 B, decl. 28 (t. 6, 587, 1—4). Ceterum eadem verba Homeri circumscribit decl. 29 (t. 6, 610, 7).

2. Praeter poetam ipsum utitur Platonis loco, qui suis verbis hunc reddit.

In alterum genus recepi locos eos, quibus Libanius praeter poetam ipsum Platonis paraphrasi prosaica utitur.

Iliadis enim versum A 42 tractaturus exponit * Plato Rep. 3 p. 393 A: *τὸν δέ* (scil. *Χρύσην), ἐπειδὴ οὐκ ἐτύγχανεν, κατεύχεσθαι τῶν Ἀχαιῶν πρὸς τὸν θεόν.* Consensu verborum evincitur haec ipsa verba Libanium respexisse decl. 5 (t. 5, 313, 13 sq)[3]. — Quod Libanius ep. 638 scribit: *τῇ διηγήσει τὸν Ὀδυσσέα μιμούμενος,* memor fuit non solum Hom. ι 380, sed etiam Hipp. min. p. 370 E, quem singulis verbis sequitur. — Deinde Homeri locutionem *ἄχθος ἀρούρης*, quam e Σ 104 Plato in Apol. p. 28 D recepit, Theaet. p. 176 D mutavit: *οὐ λῆροί εἰσιν, γῆς ἄλλως ἄχθη*[4]. Theaetetum autem sequitur Libanius ep. 776. — In Necyia Homerica (* λ 576 sqq) Tityum, Tantalum, Sisyphum se apud inferos vidisse narrat Ulixes (v. 576, 582, 593). Huius loci memor fuit * Plato Gorg p. 525 E: *Τάνταλον καὶ Σίσυφον καὶ Τιτυόν* et auctor Axiochi p. 371 E: *Ταντάλου δίψος καὶ Τιτυοῦ σπλάγχνα καὶ Σισύφου πέτρος.* His Ixionem addit Libanius decl. 14 (t. 6, 108, 3 sq). Haec enumeratio nominum, quae apud Homerum uno tenore non afferuntur, propius ad Gorgiam quam ad Axiochum accedit.

Mos erat Graecorum[5], ut reditum bonum faustumque impetrarent, deis crines vovere: talia leguntur Hom. Ψ 141 sq et 146. Ex Homero hunc morem noverat * Plato Rep. 3 p. 391 B[6]. Magis Homerum quam Platonem respicit Libanius or. 64 (t. 4, 452, 2 sq). — Odysseae locum μ 47 sq (cf. 173 sq) ante oculos habuit Plato Phaedr.

---

[1]) Aristot. Eth. Nic. 10, 12. Erasm. Adag. p. 517. [2]) De Pindari fr. 169 vid. supra p. 13. [3]) *κατεύξασθαι* libri, edd., *κατεύξεσθαι* Foerster. [4]) Idem locus placuit Themistio or. 8 p. 103 c. [5]) Pind. P. 4, 83, Aesch. Choeph. 6, schol. Hom. Ψ 146. [6]) Eiusdem moris testes sunt * Paus. 1, 37, 3 et * Strabo 9 p. 433.

p. 259 A: παραπλέοντάς σφας ὥσπερ Σειρῆνας ἀκηλήτους. Eandem rem explicat * [Luc.] salt. 3. Libanius, qui eam commemorat cum laud. 2 (t. 8, 233, 3 sqq) tum or. 64 (t. 4, 481, 4 sq), non tam Homerum quam Platonem secutus est, ut e vocabulo παραπλεῖν ab ipso et Platone adhibito colligitur. — Ad Homeri de Iove verba Θ 19 sq spectat Plato * Theaet. p. 153 C: τὴν χρυσῆν σειράν, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει[1]. Qui Homeri locus Aristidi placuit or. 1 (t. 1, 6, 17 Dind. = 2, 343, 3 K.) nec non Luc. Hermot. 3. Ex Homero et Platone pendent Libanii decl. 12 (t. 5, 555, 5 sqq) et or. 11 (t. 1, 479, 3 sq).

Aeschyli Pers. 518[2] imitatus est Plato Rep. 9 p. 572 B: αἱ ὄψεις .. τῶν ἐνυπνίων. Aeque atque Plato Libanius or. 12 (t. 2, 40, 1) loquitur, sed num ex hoc argumento exiguo Platonis locum respectum esse concludendum sit, certo diiudicari nequit. — Quod decl. 27 (t. 6, 562, 12) legitur: ἐκ τῶν πετρῶν ἀνέφυν, Libanium non tam Homeri locorum Χ 126 et τ 162 quam Apol. p. 34 D, quo loco Plato Homeri versum citat[3], memorem fuisse sumere licet; nam Libanii ἀνέφυν monet de voce πέφυκα a Platone adhibita. — Hom. Ω 527 sq loquitur de vasis duobus, in quibus Iuppiter hominum sortes miscet: quam poetae sententiam ut impiam vituperant Plato Rep. 2 p. 379 D indeque hauriens Themistius or. 6 p. 79 c[4]. Libanius autem, quod ep. 402 dicit: ἥξει ποτὲ καιρὸς τοῦ βελτίονος πίθου, ansa nulla est, qua nixi Platonis locum Libanio obversatum esse colligamus.

3. Quaeritur, num solo e Platone Libanius poetarum locos quosdam noverit.

Restant pauci loci, quibus quaestio est, num Libanius solo e Platone eos noverit.

Legitur or. 17 (t. 2, 220, 11 sqq): ἐν τῷ πένθει κατέχων ἀνθρώπους καὶ καταχρήσων γε,

ὄφρ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ.

Hunc versum[5] cum aliis Midae titulo inscriptum fuisse narrat Plato * Phaedr. p. 264 D indeque, ut ex ordine versuum non mutato elucet, transiit in * Anthol. Pal. VII 153, 2 et in * [Dion. Chrys.] or. 37 (2, 26, 18). Praeterea exstat Certam. Hom. et Hes. 255,

[1]) Locum Themistii or. 2 p. 32 d ad Platonem referunt Gladis p. 37 et Pohlschmidtius p. 36. [2]) Ad Aeschyli Sept. 710 sq: ἐνυπνίων φαντασμάτων ὄψεις spectat locus ethop. 16 (t. 8, 412, 6), quibus φάντασμα somnium indicat. [3]) Similiter Pohlschmidtius p. 40 Themist. or. 22 p. 268 a, quo loco Homeri versus citatur, ad Platonem refert. [4]) Pohlschm. p. 20. [5]) Testimonia omnia congessit Rzachius in ed. mai. Hesiodi, Lips. 1902 p. 447, 1 ad fr. 94.

[Herod.] vita Homeri p. 7, 30 ed. Wilam., Diog. L. 1, 89, Sext. Emp. Pyrrh. hypotyp. 2, 37, adv. math. 8, 184, [Longin.] *περὶ ὕψους* 36, 2. Omnium autem testimoniorum lectiones variant:

ἔς τ' [Dio Chrys.], [Herod.], Diog. L., Anth. Pal., [Longin.].
ὄφρ' Plato, Libanius,
ῥέῃ [Dio Chrys.], [Herod.], Diog. L., [Longin.], Sext. Emp. adv. math.,
νάῃ Plato, Sext. Emp. Pyrrh., Anth. Pal., Libanius.

Inter auctores omnes, qui hunc versum praebent, solum Platonem Libanius novit; ita e Phaedro locum eius fluxisse per se verisimile est. Id autem optime lectionibus allatis confirmatur: cum *νάῃ* ambo habent tum *ὄφρ'* apud eos solos legitur. Eundem versum libere reddit Libanius ep. 690.

Ep. 1536 legitur: *Φωκυλίδῃ πειθόμενος μετὰ χρήματα λόγων ἁψάμενος.* Alludit Libanius paululum mutans ad Phocylidis versum:

δίζεσθαι βιοτήν, ἀρετὴν δ' ὅταν ᾖ βίος ἤδη[1].

Nihil valet statuere Phocylidis sententiam in proverbium[2] et in philosophiam popularem[3] abiisse, quia Phocylides nominatur. Ad eum autem inter scriptores, qui exstant, hoc dictum referunt soli Plato Rep. 3 p. 407 A: *Φωκυλίδου γάρ, ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ἀκούεις, πῶς φησι δεῖν, ὅταν τῳ ἤδη βίος ᾖ, ἀρετὴν ἀσκεῖν* et schol. Aristot. IV 275 b 3 ed. Berol. Scholium autem Aristotelicum non novit Libanius, qui Aristotelem ipsum vix semel inspexit. Num autem operibus Phocylidis genuinis uti potuerit, dubium est. Stobaeum, cuius in florilegio nonnulla Phocylidis dicta ad nos venerunt, Phocylidem ipsum excerpsisse sumendum non est, cum et ipse florilegiis usus sit[4]. Quae cum ita sint, verisimile est e Platone Phocylidis dictum Libanium recepisse et in suum usum vertisse *λόγους* pro *ἀρετήν* inducentem.

Caput III.

Libanius quid in elocutione Platoni debeat.

A. De enuntiatis.

1. Enuntiata Platonis tota partesve Libanius sua facit.

Adhuc, quid in sententiis et rebus Platoni Libanius debuerit, exposui. Nunc, qua ratione dictionem philosophi suam fecerit, inquisiturus de enuntiatis, locutionibus, vocabulis singulis disseram.

---

[1]) Bergk. PLG II⁴ p. 70 nr. 10. [2]) Diogen. 4, 39, Arsen. 181, Apostol. 8, 8. [3]) Hor. ep. 1, 1, 55 cum nota Heinzii. [4]) Diels., mus. Rhen. 30, 1875, 172 sqq.

Ac primum quidem enuntiata Platonis aut tota partesve sua facit:

Phaedr. p. 239 E: σαφὲς δὴ τοῦτό γε ∾ ep. 871.
Theaet. p. 163 E: δεινὸν .. τοῦτό γε φάναι ∾ ep. 1.
Soph. p. 242 A: εἶπον .. που λέγων ὡς κτλ. ∾ or. 14 (t. 2, 102, 20).
Soph. p. 248 E: τί δαὶ πρὸς Διός; ∾ ep. 1351.
Leg. 5 p. 734 E: τὸ .. ἐνταυθοῖ λεγόμενον ∾ or. 48 (t. 3, 435, 7 sq).
Leg. 3 p. 699 E: τί λέγωμεν τοὐντεῦθεν; ∾ decl. 11 (t. 5, 517, 9).
Rep. 1 p. 336 B: ὡς δὲ διεπαυσάμεθα ∾ ep. 18, ep. 128.
Crit. p. 45 B: οὐκ ἂν ἔχοις .., ὅ τι χρῷο σαυτῷ, Gorg. p. 486 B, saepius ∾ ethop. 23 (t. 8, 429, 2).
Euthyd. p. 287 D: ἤρου, ὅ τί μοι νοοῖ τὸ ῥῆμα ∾ ep. 1279.
Rep. 2 p. 359 D: ὄμβρου δὲ πολλοῦ γενομένου ∾ ep. 672b.
Apol. p. 32 C: ἔτι δημοκρατουμένης τῆς πόλεως, cf. Rep. 8 p. 556 E ∾ decl. 16 (t. 6, 153, 17), decl. 20 (t. 6, 300, 3 sq).
Rep. 8 p. 562 B: ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει ∾ decl. 38 (t. 7, 289, 16 sq).
Rep. 8 p. 562 C: δημοκρατουμένη πόλις ∾ decl. 42 (t. 7, 429, 12).
Leg. 11 p. 927 B: ὅπου γὰρ πόλις εὐνομοῦσα εὐδαιμονεῖ, Rep. 4 p. 420 E ∾ ep. 1173.
Conv. p. 196 A: ἀπηνθηκότι .. σώματι ∾ ep. 1133.
Parm. p. 127 C: τῶν λόγων ἀναγιγνωσκομένων ∾ ep. 915.
Phaed. p. 68 C, Alc. 2 p. 144 C: τοῖς οὕτω διακειμένοις ∾ decl. 9 (t. 5, 472, 12 sq)[1].
Rep. 6 p. 498 B: προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας (om. δὲ Phaedr. p. 279 A, Soph. p. 234 D) ∾ or. 2 (t. 1, 240, 13)[2].
Theag. p. 128 E: λέγοντός σου μεταξύ, Euthyd. p. 275 E ∾ decl. 19 (t. 6, 267, 12).
Phaed. p. 101 E: οὐδὲ εἷς περὶ τούτου λόγος ∾ decl. 1 (t. 5, 26, 1)[3].
* Apol. p. 29 D: ἕωσπερ ἂν ἐμπνέω ∾ decl. 1 (t. 5, 30, 14), ep. 1043, loc. comm. 3 (t. 8, 186, 16 sq).
Apol. p. 21 A: ἐφ' ὅ τι ὁρμήσειε ∾ or. 1 (t. 1, 115, 2)[4].
* Gorg. p. 510 D: τοῦτον οὐδεὶς χαίρων ἀδικήσει ∾ decl. 5 (t. 5, 352, 9 sq).
Phaed. p. 94 A: καλῶς δοκεῖ .. οὕτω λέγεσθαι; ∾ ep. 64.
Leg. 7 p. 821 A: παράδοξον μὲν τὸ λεγόμενον ∾ or. 49 (t. 3, 456, 14).

---

[1]) Decl. 22 (t. 6, 358, 17 sq) magis *Thuc. 1, 129, 3: κεῖταί σοι εὐεργεσία quam *Plat. Rep. 1 p. 345 A: οὔτοι κακῶς σοι κείσεται vestigia pressit. [2]) At locus argum. or. Dem. vit. (t. 8, 603, 12 sq) in similitudinem loci Xenophontei (Hell. 6, 1, 5: προεληλυθότες ταῖς ἡλικίαις) effictus est. [3]) Mark. p. 143. [4]) Flosculum Platonicum adhiberi observavit Herwerdenus, Mus. Rhen. 59, 1904, 332.

Polit. p. 286 D: πλὴν εἰ μὴ πάρεργόν τι ~ decl. 6 (t. 5, 373, 9)[1].
Theaet. p. 166 D: μυρίον μέντοι διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου, cf. Prot. p. 329 D ~ ep. 1122.
Rep. 3 p. 403 A: ὁ δὲ ὀρθὸς ἔρως πέφυκε.. ἐρᾶν ~ decl. 25 (t. 6, 479, 17 sq).
Leg. 9 p. 864 E: ἂν.. μὴ καθαρὸς ᾖ τὰς χεῖρας et 9 p. 881 D: πάντων ἱερῶν εἰργέσθω ~ decl. 7 (t. 5, 431, 1 sq), decl. 13 (t. 6, 40, 2).
Ax. p. 365 D: σεαυτῷ ὑπεναντία.. λέγεις et Gorg. p. 457 E: ἀκόλουθα λέγειν ~ decl. 15 (t. 6, 141, 18 sq), decl. 21 (t. 6, 319, 4 sq).
Alc. 2 p. 141 A: εἰ δὲ τοῦτο φαῦλον ἡγήσαιο ~ ep. 1257.
Theaet. p. 162 D: νῦν δὲ τοὐναντίον τάχα μεταπέπτωκεν ~ or. 59 (t. 4, 247, 11 sq).
Phaed. p. 101 A: μή τίς σοι ἐναντίος λόγος ἀπαντήσῃ ~ or. 31 (t. 3, 137, 1 sq).
Leg. 6 p. 752 A: ἄμορφος φαίνοιτο ~ ep. 1280.
Min. p. 316 C: οὐ δύναμαι πεισθῆναι ~ ep. 959.
Rep. 6 p. 505 C: λέγουσι πάλιν ὡς εἰδόσι ~ ep. 930, ep. 1472, loc. comm. 1 (t. 8, 159, 15 sq), libere ep. 880, ep. 1065.
Theaet. p. 174 B: ὅπερ ἀρχόμενος ἔλεγον ~ decl. 39 (t. 7, 303, 10 sq).
Conv. p. 213 B: ἅμα μεταστρεφόμενον αὐτὸν ὁρᾶν τὸν Σωκράτη, Ax. p. 364 A, Lys. p. 207 A ~ or. 2 (t. 1, 252, 11 sq).
Crit. p. 52 C: σὺ δὲ τότε.. ἐκαλλωπίζου ~ ep. 260.
Crat. p. 415 D: ἀκωλύτως ἀεὶ ῥέον ~ decl. 6 (t. 5, 406, 7).
Leg. 3 p. 676 C: πεπολιτευμέναι.. πάσας πολιτείας πολλάκις ἑκασταχοῦ ~ or. 64 (t. 4, 471, 4 sq).
Polit. p. 295 A: ἀκριβῶς.. τὸ προσῆκον ἀποδιδόναι ~ ep. 1469.
Conv. p. 173 C: ὑπερφυῶς ὡς χαίρω ~ ep. 377, ep. 1332.
* Rep. 10 p. 595 C: πολλά τοι ὀξύτερον βλεπόντων ~ or. 12 (t. 2, 30, 15 sq).
Rep. 7 p. 526 D: πορρωτέρω προϊόν ~ decl. 13 (t. 6, 11, 7)[2].
Euthyd. p. 284 E: τοὺς μεγάλους.. μεγάλως λέγουσι, cf. Hipp. mai. p. 291 E ~ ep. 1531.
Ep. 7 p. 346 A: περιφανῶς ἠδίκουν ~ thes. 1 (t. 8, 553, 13).
Conv. p. 221 B: μάλα ἐρρωμένως ἀμυνεῖται ~ decl. 44 (t. 7, 490, 2 sq).
Prot. p. 335 C: ἀνιστάμην ὡς ἀπιών ~ or. 54 (t. 4, 80, 17).
Rep. 2 p. 374 C: ἐκ παιδὸς ἐπιτηδεύων ~ decl. 44 (t. 7, 500, 9).
Polit. p. 257 C: οὐκ ἀποστατέον πρὶν ἂν κτλ. ~ ep. 478.

---

[1]) Stallbaumius, qui verba: πλὴν εἰ μὴ reddit: „nisi forte obiter", addit: „exspectabas: πλὴν εἰ πάρεργον, sed ita negatio post particulam exceptivam etiam aliis locis additur; cf. Lobeck. ad Phryn. p. 459". [2]) παρελθόν, quod praebet Doxapatres, refutatur Platonis loco.

Prot. p. 315 B: *ἐν κύκλῳ περιόντες,* Phaed. p. 72 B, Tim. p. 63 A, Polit. p. 283 B ∾ ep. 603, ep. 1515, or. 1 (t. 1, 130, 22), or. 33 (t. 3, 170, 4).

Leg. 4 p. 720 C: *οἴχεται ἀποπηδήσας* ∾ ep. 1512, decl. 50 (t. 7, 704, 23).

Conv. p. 198 C: *ἀποδρὰς ᾠχόμην* ∾ or. 5 (t. 1, 308, 16), or. 28 (t. 3, 49, 11), decl. 50 (t. 7, 709, 3), ep. 417, ep. 544.

Theaet. p. 171 D: *καταδὺς ἂν οἴχοιτο ἀποτρέχων* ∾ decl. 23 (t. 6, 403, 2).

Theaet. p. 142 C: *ἠπείγετο οἴκαδε* ∾ decl. 22 (t. 6, 359, 1 sq).

Phaed. p. 61 C: *ἄπειμι . . τήμερον* ∾ decl. 19 (t. 6, 273, 8 sq).

* Phaed. p. 113 E: *ἀνιάτως ἔχειν,* Rep. 10 p. 615 E, Leg. 9, p. 862 E, Ep. 5 p. 322 B, 7 p. 326 A ∾ decl. 14 (t. 6, 92, 13), decl. 17 (t. 6, 213, 2), decl. 29 (t. 6, 594, 5 sq), decl. 33 (t. 7, 80, 15).

Polit. p. 278 A: *ταὐτὰ ταῦτα ὀρθῶς ἐδόξαζον,* Theaet. p. 207 A, Leg. 10 p. 897 A, Phil. p. 37 C, Rep. 10 p. 602 A ∾ decl. 44 (t. 7, 512, 5).

Iam affero locos eos, quibus similes etiam apud alios auctores exstant:

* Menex. p. 243 E: *μὴ ἂν ἄλλως εὔξασθαι μηδένα πόλιν ἑαυτοῦ νοσῆσαι,* Rep. 8 p. 556 E, * Xen. Mem. 3, 5, 18 ∾ or. 19 (t. 2, 388, 14).

Phaedr. p. 238 D, Antiph. or. 5, 11: *γνώσεσθε προϊόντος τοῦ λόγου* ∾ or. 14 (t. 2, 90, 1), or. 28 (t. 3, 51, 10).

* Theaet. p. 207 A: *οἷον τί λέγεις;* 208 C, * Dem. or. 23, 146: *οἷον τί λέγω* ∾ decl. 4 (t. 5, 248, 3): hic locus e Demosthene[1] fluxit.

Gorg. p. 511 A: *στρέφεις . . τοὺς λόγους ἄνω καὶ κάτω,* Hipparch. p. 228 A, * Dem. or. 21, 91 ∾ decl. 14 (t. 6, 102, 6 sq), or. 12 (t. 2, 21, 20 sq)[2].

* Ion. p. 541 E: *στρεφόμενος ἄνω καὶ κάτω,* * Lach. p. 196 B ∾ decl. 16 (t. 6, 177, 20), decl. 44 (t. 7, 517, 10).

Crat. p. 414 C: *πανταχῇ στρεφόντων,* 421 D, Dem. or. 21, 116 ∾ decl. 30 (t. 6, 630, 1 sq). Ep. 86 Demosthenem sequitur.

* Phil. p. 44 D: *ἀρχομένους ποθὲν ἄνωθεν,* Ep. 2 p. 310 E, * Dem. or. 21, 77: *κἂν ἄνωθεν ἄρχεσθαι δοκῶ,* 160 ∾ or. 11 (t. 1, 493, 4 sq), or. 42 (t. 3, 309, 9), or. 49 (t. 3, 453, 5), or. 59 (t. 4, 258, 4 sq), decl. 28 (t. 6, 576, 10), decl. 33 (t. 7, 84, 11 sq)[3], ep. 119[4].

---

1) Idem iudicat Bern. gr. Kruse, De Libanio Demosthenis imitatore, Vrat. 1915 p. 3. 2) Or. 64 (t. 4, 427, 2) de Aesch. Eum. 642: *ἄνω τε καὶ κάτω στρέφων* monet. Decl. 13 (t. 6, 22, 8), decl. 17 (t. 6, 235, 10), decl. 6 (t. 5, 384, 13) Demosth. or. 9, 36: *ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε τὰ πράγματα* sequitur; cf. Krus. p. 46. Loci decl. 5 (t. 5, 314, 5), decl. 32 (t. 7, 68, 14), ep. 56, ep. 753, quo loco Wolfius pro *ἄνω* perperam *ἄνευ* praebet, cum Lucian. Tox. 56: *ἄνω καὶ κάτω διαθεῖν* ad eundem fontem redire videntur. 3) Hunc locum suum fecit auctor decl. 49 (t. 7, 656, 1 sq): *κἂν ὑμῖν ἄνωθεν ἅπαντα διηγήσωμαι.* 4) Eandem locutionem adhibet Themistius or. 7 p. 84 d; vid. Foerster. ad t. 3, 453, 5 et Krus. l. l. p. 54.

2. De coniunctione parium vocabulorum.

Ex his locis, quos modo attuli, satis pauci certo ad Platonem referri possunt, quia consensus duorum auctorum fortuitus esse potest. Certiora autem e locis, quibus Libanius ubertatem Platonis imitatus vocabula similia vel homonyma inter se coniungit, colligere licet. Quos locos nunc allaturus enumero primum quidem eos, quos eum solo e philosopho deprompsisse concludendum est, quia alibi eadem vocabulorum coniunctio non invenitur.

* Gorg. p. 502 D: *γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν καὶ δούλων καὶ ἐλευθέρων,* 514 E, 515 A, Men. p. 73 A ∾ decl. 1 (t. 5, 97, 8 sq)[1], decl. 42 (t. 7, 417, 9 sq), ep. 1025 b, vitup. 7 (t. 8, 318, 13 sqq).

Apol. p. 30 A: *καὶ νεωτέρῳ καὶ πρεσβυτέρῳ . . καὶ ξένῳ καὶ ἀστῷ* ∾ decl. 1 (t. 5, 48, 16—49, 1)[2].

Criti. p. 119 B: *ἵππους δὲ δύο . ., ὁπλίτας δὲ δύο καὶ τοξότας σφενδονήτας τε ἑκατέρους δύο* ∾ decl. 42 (t. 7, 413, 6 sq), decl. 44 (t. 7, 491, 12 sq), ethop. 19 (t. 8, 418, 5 sq).

Rep. 1 p. 344 B: *ἱερόσυλοι καὶ ἀνδραποδισταὶ καὶ τοιχωρύχοι,* 8 p. 552 D, Leg. 8 p. 831 E ∾ or. 47 (t. 3, 416, 20—417, 2), decl. 15 (t. 6, 123, 13 sq), decl. 47 (t. 7, 601, 16 sq), vitup. 6 (t. 8, 313, 20 sq).

Rep. 4 p. 443 A: *ἱεροσυλιῶν καὶ κλοπῶν* ∾ decl. 1 (t. 5, 21, 1).

Rep. 9 p. 575 B: *οἷα κλέπτουσι, τοιχωρυχοῦσι . ., λωποδυτοῦσιν, ἱεροσυλοῦσιν . ., δωροδοκοῦσιν* ∾ or. 18 (t. 2, 294, 5 sq), decl. 1 (t. 5, 53, 1 sq), decl. 31 (t. 7, 14, 1 sqq).

Conv. p. 221 E: *χαλκέας τινὰς καὶ σκυτοτόμους καὶ βυρσοδέψας,* Prot. p. 324 C ∾ or. 27 (t. 3, 39, 12), decl. 1 (t. 5, 28, 14 sq)[3].

Gorg. p. 469 B: *τὸν ἀδίκως . . ἀποκτείναντα* et *ὅ γε ἀποθνήσκων ἀδίκως* ∾ decl. 2 (t. 5, 127, 11), decl. 4 (t. 5, 229, 19 et 230, 2 sq).

Apol. p. 34 B: *Μελήτῳ μὲν ψευδομένῳ, ἐμοὶ δὲ ἀληθεύοντι* ∾ or. 33 (t. 3, 178, 18—179, 1).

* Alc. 1 p. 122 C: *σωφροσύνην τε καὶ κοσμιότητα . . καὶ εὐχέρειαν καὶ εὐκολίαν καὶ μεγαλοφροσύνην καὶ εὐταξίαν*[4] ∾ or. 28 (t. 3, 58, 3 sq), decl. 23 (t. 6, 406, 12).

Rep. 2 p. 366 E: *λανθάνον θεούς τε καὶ ἀνθρώπους* ∾ ep. 670.

Leg. 10 p. 885 B: *θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς* ∾ or. 37 (t. 3, 241, 20).

Leg. 4 p. 716 D: *εὐχαῖς . . καὶ ξυμπάσῃ θεραπείᾳ θεῶν* ∾ or. 47 (t. 3, 413, 11 sq).

Rep. 1 p. 330 B: *ὁ μὲν γὰρ πάππος τε καὶ ὁμώνυμος* ∾ ep. 968.

* Phaed. p. 64 D: *σίτων τε καὶ ποτῶν* ∾ decl. 31 (t. 7, 13, 3).

---

1) Mark. p. 144. 2) Mark. p. 143 sq. 3) Mark. p. 77 sq. 4) Inde hausit fortasse Plutarchus Ant. 26: *εὐκολίαν καὶ φιλοφροσύνην*.

Rep. 3 p. 407 D: *φαρμάκοις τε καὶ τομαῖς* ∾ decl. 15 (t. 6, 138, 7).
Rep. 3 p. 406 D: *ἢ καύσει ἢ τομῇ χρησάμενος*[1] ∾ decl. 16 (t. 6, 177, 3).
Menex. p. 242 D: *πρὸς μὲν τὸ ὁμόφυλον .., πρὸς δὲ τοὺς βαρβάρους* ∾ or. 59 (t. 4, 237, 18 sq).
Rep. 9 p. 586 D: *ἄνευ λογισμοῦ τε καὶ νοῦ* ∾ decl. 23 (t. 6, 391, 8 sq).
Charm. p. 173 B: *τὴν ἀμπεχόνην καὶ ὑπόδεσιν πᾶσαν,* Rep. 4 p. 425 B, Leg. 3 p. 679 A ∾ or. 25 (t. 2, 557, 1).
Rep. 1 p. 351 D: *ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν,* Polit. p. 311 B[2] ∾ or. 43 (t. 3, 347, 9), vitup. 5 (t. 8, 307, 9).
Phaed. p. 82 B: *σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην,* Prot. p. 323 A ∾ ep. 1092, decl. 1 (t. 5, 21, 3 sq); cf. p. 8.
Apol. p. 37 C: *ἐνεγκεῖν τὰς ἐμὰς διατριβὰς καὶ τοὺς λόγους,* Gorg. p. 484 E, Rep. 5 p. 475 D ∾ or. 55 (t. 4, 113, 12 sq).
Gorg. p. 504 A: *τάξεως .. καὶ κόσμου τυχοῦσα (οἰκία)* ∾ vitup. 3 (t. 8, 299, 9).
Polit. p. 264 A: *τῷ τιθασῷ καὶ ἀγρίῳ* ∾ descr. 5 (t. 8, 473, 5 sq).
* Leg. 8 p. 844 D: *βοτρύων .. καὶ σύκων* ∾ decl. 31 (t. 7, 13, 4), decl. 32 (t. 7, 55, 5).
Rep. 3 p. 398 E: *μαλακία καὶ ἀργία* ∾ decl. 1 (t. 5, 88, 3 sq), decl. 32 (t. 7, 44, 10).
Leg. 1 p. 643 E: *ἐπιθυμητήν τε καὶ ἐραστήν* ∾ decl. 33 (t. 7, 80, 5).
* Tim. p. 22 D: *βουκόλοι νομεῖς τε* ∾ decl. 2 (t. 5, 135, 9).
Leg. 8 p. 831 D: *πᾶσαν .. τέχνην καὶ μηχανὴν .. ὑπομένειν,* cf. Clit. p. 408 E ∾ decl. 1 (t. 5, 93, 3).
Leg. 5 p. 734 A: *πλήθει καὶ πυκνότητι* ∾ or. 51 (t. 4, 19, 11).
Phaedr. p. 238 A sq: *γαστριμαργία τε .., περὶ δ᾽ αὖ μέθας κτλ.* ∾ decl. 1 (t. 5, 27, 20—28, 1)[3].
Criti. p. 120 E: *πρᾳότητι μετὰ φρονήσεως .. χρώμενοι* ∾ ep. 377.
Rep. 8 p. 556 C: *ἢ ξύμπλοι γιγνόμενοι ἢ συστρατιῶται* ∾ decl. 5 (t. 5, 342, 5 sq), laud. 6 (t. 8, 259, 21), ep. 521 (vid. cap. 3 C 1), ep. 584.
Phaedr. p. 259 C: *ἄσιτόν τε καὶ ἄποτον* ∾ or. 25 (vid. p. 78), or. 26 (t. 3, 11, 13).
Rep. 2 p. 361 B: *ἁπλοῦν καὶ γενναῖον* ∾ ep. 367, decl. 4 (t. 5, 237, 6 sq), decl. 36 (t. 7, 215, 11 sq).
Gorg. p. 485 C: *οὔτε καλοῦ οὔτε γενναίου πράγματος,* cf. Conv. p. 209 B, ∾ ep. 759, ep. 1157.
Apol. p. 35 C: *μήτε .. καλὰ .. μήτε δίκαια μήτε ὅσια* ∾ ep. 1056, fortasse etiam ep. 725: *πᾶν ὃ μὴ δίκαιον οὔτε καλὸν οὔτε μόνιμον.*

---

[1]) Eodem loco utitur Themistius or. 12 p. 277 a, ut observavit Pohlschmidtius p. 19. [2]) Longius distant Alc. 1 p. 127 A et Clit. p. 409 E. [3]) Duos locos inter se cohaerere observavit Meiser p. 11.

Gorg. p. 512 D: *τὸ γενναῖον καὶ τὸ ἀγαθόν* ∾ ep. 1042.
Hipparch. p. 225 A: *πανούργους καὶ πονηρούς* ∾ or. 63 (t. 4, 392, 10).
Gorg. p. 470 E: *τὸν .. ἄδικον καὶ πονηρόν* ∾ decl. 35 (t. 7, 190, 21).
Leg. 7 p. 802 E: *τὸ κόσμιον καὶ σῶφρον* ∾ decl. 1 (t. 5, 111, 5 sq).
Phaedr. p. 254 A: *ὡς δεινὰ καὶ παράνομα ἀναγκαζομένῳ* ∾ decl. 2 (t. 5, 132, 9).
Leg. 12 p. 950 B: *ἄγριον καὶ ἀπηνὲς φαίνοιτ' ἄν*[1] ∾ decl. 12 (t. 5, 537, 19).
Phaed. p. 113 B: *δεινόν τε καὶ ἄγριον*, Rep. 8 p. 572 B, Leg. 8 p. 837 B ∾ or. 1 (t. 1, 139, 1).
Rep. 3 p. 391 D: *δεινὰ καὶ ἀσεβῆ ἐργάσασθαι* ∾ decl. 39 (t. 7, 306, 1), decl. 50 (t. 7, 714, 21).
Phaedr. p. 260 C: *δεινόν τε καὶ ἐχθρόν* ∾ loc. comm. 1 (t. 8, 159, 11).
Rep. 3 p. 401 A: *σώφρονός τε καὶ ἀγαθοῦ ἤθους* ∾ decl. 42 (t. 7, 404, 9).
Leg. 5 p. 747 B: *μνήμονα καὶ ἀγχίνουν*, Rep. 6 p. 503 C ∾ ep. 172.
Rep. 9 p. 580 E: *μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον*, 6 p. 489 D, ∾ arg. or. Dem. 40 (t. 8, 661, 20).
Rep. 6 p. 493 A: *θρέμματος μεγάλου καὶ ἰσχυροῦ*, cf. Tim. p. 87 D ∾ decl. 33 (t. 7, 95, 4 sq).
Rep. 3 p. 406 C: *πλουσίων τε καὶ εὐδαιμόνων* ∾ decl. 32 (t. 7, 44, 16).
Criti. p. 111 B: *τῆς γῆς, ὅση πίειρα καὶ μαλακή* ∾ or. 11 (t. 1, 443, 2).
Polit. p. 308 A: *χαλεπὸν .. καὶ δεινὸν πάθος* ∾ decl. 42 (t. 7, 413, 6).
Tim. p. 44 C: *ὁλόκληρος ὑγιής τε* ∾ decl. 15 (t. 6, 138, 17).
Phil. p. 52 D: *τὸ καθαρόν τε καὶ εἰλικρινές*, Conv. p. 211 E ∾ or. 11 (t. 1, 521, 17 sq), or. 59 (t. 4, 214, 1).
Leg. 4 p. 705 A: *ἤθη παλίμβολα καὶ ἄπιστα* ∾ or. 59 (t. 4, 254, 15 sqq).
* Phil. p. 59 E, * Gorg. p. 498 E, * Leg. 12 p. 956 E: *καὶ δὶς καὶ τρίς* ∾ or. 38 (t. 3, 254, 4), decl. 16 (t. 6, 167, 10 sq).
* Phaedr. p. 235 A: *δὶς καὶ τρίς* ∾ decl. 10 (t. 5, 495, 11).
Euthyd. p. 299 E: *εὐδαιμονεστάτους .. καὶ ἀρίστους*, cf. Epin. p. 981 E ∾ ep. 1034.
Rep. 1 p. 344 B: *εὐδαίμονες καὶ μακάριοι*, 354 A, Conv. p. 193 D ∾ decl. 29 (t. 6, 599, 7 sq).
Gorg. p. 471 C: *ἀθλιώτατός ἐστι .., ἀλλ' οὐκ εὐδαιμονέστατος* ∾ or. 1 (t. 1, 79, 9—80, 1).
Men. p. 78 A: *ἄθλιος καὶ κακοδαίμων* ∾ decl. 1 (t. 5, 84, 6 sq).
* Gorg. p. 503 A: *εἴτε ἡδίω εἴτε ἀηδέστερα* ∾ or. 11 (t. 1, 447, 20).

---

[1]) *ἄγριος* et *χαλεπός* inter se coniungit Libanius (ep. 456, 1450) secutus Homerum *α* 198, *θ* 575; cf. Plat. Min. p. 318 D, Plut. mor. p. 69 A.

* Leg. 9 p. 868 E: *μὴ κοινωνείτω μηδὲ ὁμοτράπεζος γιγνέσθω ποτέ,* * Euth. p. 4 B ~ or. 55 (t. 4, 111, 10 sq)[1].
Alc. 1 p. 116 D: *τὰ δίκαια .. συμφέροντά ἐστιν* ~ ep. 1435.
Rep. 1 p. 350 E: *κατανεύσομαι καὶ ἀνανεύσομαι* ~ decl. 36 (t. 7, 233, 12).
Leg. 1 p. 633 C: *νύκτωρ τε .. καὶ μεθ' ἡμέραν* ~ decl. 1 (t. 5, 88, 1 sq).
Theag. p. 124 A: *τῶν θεριζόντων .. καὶ τρυγώντων* ~ or. 52 (t. 4. 32, 2).
* Rep. 7 p. 539 B: *ἕλκειν τε καὶ σπαράττειν* ~ vitup. 5 (t. 8, 309, 1).
Rep. 4 p. 439 D: *τὰ .. ἄγοντα καὶ ἕλκοντα* ~ or. 25 (t. 2, 550, 12), laud. 7 (t. 8, 262, 11).
Rep. 6 p. 494 E: *ἐὰν .. κάμπτηται καὶ ἕλκηται* ~ decl. 14 (t. 6, 97, 8 sq).
Rep. 4 p. 437 C: *τὸ ἀπωθεῖν καὶ ἀπελαύνειν* ~ or. 25 (t. 2, 552, 21).
Lach. p. 185 B: *βουλευόμεθα καὶ σκεπτόμεθα* ~ decl. 13 (t. 6, 23, 10).
Alc. 1 p. 125 C: *τῶν καὶ συμβαλλόντων ἑαυτοῖς καὶ χρωμένων ἀλλήλοις* ~ decl. 31 (t. 7, 35, 13 sq).
* Rep. 2 p. 361 E: *μαστιγώσεται, στρεβλώσεται*[2], *δεθήσεται κτλ.*, Leg. 9 p. 882 B ~ decl. 1 (t. 5, 36, 11 sqq, p. 98, 22—99, 1)[3], decl. 21 (t. 6, 334, 15 sq), decl. 46 (t. 7, 576, 7), compar. 5 (t. 8, 358, 15).
Rep. 10 p. 608 E: *τὸ .. ἀπολλύον καὶ διαφθεῖρον* ~ laud. 1 (t. 8, 219, 3 sq).
Apol. p. 21 E: *αἰσθανόμενος μὲν καὶ λυπούμενος* ~ decl. 1 (t. 5, 113, 16)[4].
Phaed. p. 85 A: *ὅταν πεινῇ ἢ ῥιγοῖ,* Gorg. p. 517 D ~ ep. 508.

Iam transeo ad locos eos, quos ante Libanium iam imitator aliquis Platonis suos fecerat:

Eryx. p. 397 D: *κατεγέλα τε καὶ ἐχλεύαζε,* cf. Plut. mor. p. 419 B, Athen. 8 p. 335 C = Anth. Pal. VII 345[5] ~ decl. 4 (t. 5, 277, 12), decl. 12 (t. 5, 559, 9 sq), decl. 13 (t. 6, 31, 11): non Platonem, immo vero Dem. or. 18, 85 sequitur[6].
Phil. p. 47 E: *τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς,* cf. Luc. Tox. 8 ~ or. 44 (t. 3, 354, 15), decl. 36 (t. 7, 216, 17 sq): Philebum respexit.
Tim. p. 88 A: *δι' ἐρίδων καὶ φιλονεικίας,* cf. Plut. mor. p. 431 D ~ ep. 225, or. 47 (t. 3, 413, 21 sq).

---

1) Locos, quibus vocabulum *ὁμωρόφιος* invenitur, congessit Foerster ad vol. 3, 261, 20. *Ὁμοτράπεζος* legitur Her. 3, 192 et 9, 16, Xen. Cyr. 7, 1, 30, Anab. 1, 8, 25, 3, 2, 4. Duo vocabula aeque atque Libanius coniungit Theodoret. hist. eccl. 1, 6, 10 (p. 30, 5 sq ed. Parm.). 2) At locus ep. 730: *παιέσθω, κεντείσθω* fluxit e Thuc. 4, 47. 3) De hoc servorum supplicio vid. Ar. Ran. 619 sq, Vesp. 1296; cf. Mark. p. 129. 4) Codicum lectionem *αἰσθανόμενον* tuetur Meiser p. 21 loco Platonis collato; Foerster scripsit *αἰσχυνόμενον*. Neque vero cum Meisero p. 20 decl. 1 (t. 5, 105, 18) pro codicum *ἤρχθησαν* pono *διηνέχθησαν*, ut similitudo quaedam cum Rep. 1 p. 352 A: *τὸ στασιάζειν καὶ διαφέρεσθαι* efficiatur. 5) Cf. Basil. III 665 A 10 et 1261 B 4. 6) Vid. Krus. p. 37.

Rep. 2 p. 369 E: χρόνον τε καὶ πόνον, Prot. p. 345 B, cf. Diod. Sic. 1, 4 ~ ep. 875, or. 30 (t. 3, 110, 9), or. 63 (t. 4, 393, 6), or. 64 (t. 4, 478, 14),

* Leg. 7 p. 808 A: ὅλην καὶ πᾶσαν τὴν οἰκίαν, Rep. 6 p. 486 A, cf. Polyb. 3, 94, 10, ib. 5, 26, 5 ~ decl. 23 (t. 6, 411, 4): οὐχ ὅλον.. οὐδὲ πάντα[1].

Venio denique ad locos eos, quibus similes apud priores auctores leguntur:

* Rep. 3 p. 392 A: ποιηταὶ καὶ λογοποιοί, * Isocr. or. 5, 109 ~ or. 18 (t. 2, 305, 3).

Alc. 1 p. 122 B: εἰς πλούτους ἀποβλέψαι καὶ τρυφάς, Isocr. or. 9, 78 ~ ep. 149. Utrum Libanius his locis Platonem an Isocratem sequatur, certo definiri nequit.

* Phaed. p. 74 A: παρὰ ταῦτα .. ἕτερόν τι, * Dem. or. 18, 139: παρὰ ταῦθ' ἕτερα ~ decl. 3 (t. 5, 211, 10 sq).

Crat. p. 394 E: τὸ θηριῶδες τῆς φύσεως καὶ τὸ ἄγριον αὐτοῦ, Hippocr. περὶ τῆς ἀρχ. ἰητρ. 3 (t. 1, 576, 10 L): ἀπὸ ἀγρίης τε καὶ θηριώδεος διαίτης et similiter ib. 7 (p. 584, 10), cf. Luc. Pseud. 31: ἄγριον καὶ θηριῶδες. E Cratylo fluxerunt decl. 10 (t. 5, 486, 12 sq) et 13 (t. 6, 39, 10).

B. De locutionibus.

1. De nominibus.

a) De substantivorum usu.

Locis iis, quibus enuntiata Platonis Libanius imitatur, absolutis de locutionibus disserturus priore quidem loco de substantivorum usu agam ita, ut substantiva cum substantivis et substantiva cum adiectivis coniuncta secernam. In substantivorum usu cum Platone congruit locis his:

Polit. p. 290 D: διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐγχειρημάτων ~ decl. 12 (t. 5, 551, 9).

Phaedr. p. 251 D: τῇ ἀτοπίᾳ τοῦ πάθους ~ decl. 6 (t. 5, 381, 1).

Rep. 10 p. 600 A: ἡγεμὼν παιδείας ~ or. 15 (t. 2, 129, 17).

Rep. 3 p. 412 C: κηδεμόνας τῆς πόλεως[2] ~ decl. 1 (t. 5, 24, 9 sq)[3], decl. 25 (t. 6, 488, 13 et 490, 17).

Leg. 1 p. 644 D: δόγμα πόλεως κοινόν ~ decl. 4 (t. 5, 236, 13).

Rep. 8 p. 551 A: ὅρον πολιτείας ὀλιγαρχικῆς ταξάμενοι ~ decl. 20 (t. 6, 298, 2 sq).

---

[1]) Locus ethop. 4 (t. 8, 382, 20 sq) non ad Leg. 9 p. 863 B, sed aeque atque Plut. mor. p. 80 B ad Pind. Ol. 6, 32 sq: οὔτε δύσηρις ἐὼν οὔτ' ὢν φιλόνικος ἄγαν referendus est. [2]) Inde fortasse mutatus est locus or. 18 (t. 2, 315, 16): κηδεμὼν τῆς ἀρχῆς. [3]) Mark. p. 75.

Rep. 2 p. 363 E: ἄλλο .. εἶδος λόγων ∾ ep. 581, ep. 955.
Phaedr. p. 260 D: τὴν τῶν λόγων τέχνην ∾ or. 64 (t. 4, 434, 2 sq).

His locis in verbis philosophi omnia immutata reliquit; multo pluribus autem leni manu aliquid commutavit:

Prot. p. 354 B: εὐεξίαι τῶν σωμάτων, Gorg. p. 450 A ∾ decl. 16 (t. 6, 177, 10).
Apol. p. 23 B: διὰ τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν, Phaedr. p. 244 E ∾ or. 18 (t. 2, 246, 10 sq).
Crat. p. 427 B: πρὸς τὴν μίμησιν .. τῆς στάσεως ∾ ep. 181.
Lach. p. 197 E: τῆς κοινωνίας τοῦ λόγου ∾ ep. 337.
Phaedr. p. 228 C: τοῦ τῶν λόγων ἐραστοῦ[1] ∾ ep. 347, ep. 829, or. 12 (t. 2, 21, 2 sq), or. 54 (t. 4, 103, 5), or. 62 (t. 4, 380, 12).
Euthyd. p. 305 B: ποιητὴς τῶν λόγων, Phaedr. p. 234 E[2] ∾ ep. 400, ep. 1434a. Phaedr. p. 228 C cum Euthyd. l. l. coniungit ep. 519.
Phaedr. p. 267 A: διὰ ῥώμην λόγου, cf. Leg. 4 p. 711 E ∾ ep. 905, or. 13 (t. 2, 64, 5 sq).
Epin. p. 988 A: πάσῃ τῇ κατὰ νόμους θεραπείᾳ ∾ or. 30 (t. 3, 90, 13).
* Criti. p. 114 E: ἐλεφάντων .. γένος[3] ∾ or. 59 (t. 4, 240, 15)[4].
Rep. 5 p. 459 B: τό τε τῶν ὀρνίθων .. γένος, cf. Tim. p. 91 D ∾ or. 39 (t. 3, 272, 5), descr. 5 (t. 8, 473, 5), descr. 7 (t. 8, 481, 16 sq).
Menex. p. 244 D: εἰς χρείαν τῆς πόλεως ∾ decl. 1 (t. 5, 94, 3)[5].
Polit. p. 291 D: σχῆμα πολιτείας ∾ decl. 1 (t. 5, 37, 6 et 45, 16 sq). Inde ne quis cum Sinteni or. 35 (t. 3, 212, 1 sq): πόρρω .. τοῦ τῆς πολιτείας χρήματος codicum lectionem in σχήματος corrigat, Foerster affert ut locos similes Rep. 8 p. 567 E: τυράννου χρῆμα et or. 12 (t. 2, 27, 6): τὸ χρῆμα τῶν πόλεων.
* Tim. p. 62 D: ὁ δὲ πέριξ (sc. τόπος) ∾ decl. 17 (t. 6, 235, 1).
Rep. 6 p. 504 C: φύλακι νόμων, 4 p. 421 A, Leg. 6 p. 754 D, 12 p. 966 B, Polit. p. 305 C ∾ decl. 36 (t. 7, 217, 3), decl. 44 (t. 7, 510, 18).
Leg. 11 p. 924 D: τὴν τοῦ γένους ἀγχιστείαν ∾ arg. or. Dem. 56 (t. 8, 679, 14 et 681, 12).
*Criti. p. 121 A: τὸν .. τῶν ἄλλων κτημάτων ὄγκον ∾ decl. 1 (t. 5, 90, 10)[6].
* Euth. p. 14 D: ἐπιθυμητὴς .. τῆς σῆς σοφίας ∾ or. 11 (t. 1, 533, 14 sq).
Theaet. p. 153 B: ἡ τῶν σωμάτων ἕξις et ἡ δ' ἐν τῇ ψυχῇ ἕξις ∾ decl. 15 (t. 6, 138, 12 sqq).
Conv. p. 204 D: ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν τί ἐρᾷ; Phaedr. p. 249 E ∾ ep.

1) Idem locus placuit Iuliano Misop. p. 353 C. 2) At locutio: λόγων τεχνίτης (ep. 1160, 1334) fluxit ex Aeschin. or. 1, 170. 3) Ael. n. an. 6, 61. 4) Gladis p. 45. 5) De rei narratae fontibus vid. Markowskium p. 95 sq. 6) Ut observavit Markowskius p. 144.

442. Longius distant ep. 472, ep. 788, or. 38 (t. 3, 256, 8), decl. 42 (t. 7, 428, 4).

Phileb. p. 19 B: εἴδη .. ἡδονῆς, 20 C ∾ or. 45 (t. 3, 362, 8 sq).

Leg. 9 p. 856 B: τὰ περὶ κατάλυσιν τῆς πολιτείας, 864 D ∾ decl. 1 (t. 5, 38, 14)[1].

Leg. 4 p. 719 E: μέτρον .. οὐσίας κεκτημένος ∾ thes. 1 (t. 8, 558, 4).

Leg. 7 p. 801 A: εὐχαὶ παρὰ θεῶν αἰτήσεις εἰσί ∾ decl. 15 (t. 6, 135, 19).

Parm. p. 130 B: τῆς ὁρμῆς τῆς ἐπὶ τοὺς λόγους ∾ arg. or. Dem. vit. (t. 8, 602, 10 sq).

Gorg. p. 455 B: χωρίων καταλήψεως, Rep. 7 p. 526 D, Leg. 8 p. 830 E ∾ decl. 44 (t. 7, 486, 4).

Soph. p. 263 E: τὸ .. ῥεῦμα διὰ τοῦ στόματος ἰόν, cf. Def. p. 414 D ∾ ep. 1126: τὸ .. ῥεῦμα τοῦ στόματος, ep. 1071.

Etiam liberius Platonis verba sua fecit:

* Leg. 11 p. 919 C: μεγάλη λύμη τῇ πόλει ∾ or. 64 (t. 4, 439, 9, 473, 10, 476, 16 sq), decl. 1 (t. 5, 38, 3).

Polit. p. 305 D: κατὰ τὴν ἰδιότητα τῶν πράξεων ∾ arg. or. Dem. vit. (t. 8, 607, 16 sq).

* Ion. p. 536 A: ὁρμαθὸς .. χορευτῶν τε καὶ διδασκάλων[2] ∾ or. 1 (t. 1, 109, 1)[3].

Rep. 6 p. 490 C: τὸν .. τῆς φιλοσόφου φύσεως χορόν ∾ ep. 606 s. fin.

Men. p. 97 E: αἱ .. δόξαι .. καλὸν τὸ χρῆμα ∾ ep. 18.

Soph. p. 231 E: τῆς .. ἀγωνιστικῆς περὶ λόγους ἦν τις ἀθλητής, Phil. p. 41 B ∾ ep. 462.

Tim. p. 75 E: διὰ τὴν ἐν ταῖς ὥραις .. ὑπερβολήν[4] ∾ decl. 1 (t. 5, 88, 5).

Leg. 12 p. 968 B: διὰ τὴν περὶ τὰ τοιαῦτ' ἐμπειρίαν ∾ or. 33 (t. 3, 167, 2).

Phaedr. p. 249 E: μετέχων τῆς μανίας ὁ ἐρῶν .. ἐραστὴς καλεῖται ∾ ep. 272.

Prot. p. 325 D: ἐπιμελεῖσθαι εὐκοσμίας τῶν παίδων ∾ decl. 39 (t. 7, 295, 7 sq).

Factum denique esse potest, ut e Platonis Min. p. 319 D: οὐκ ἔχει ὑπερβολὴν ἐπαίνου fluxerit ep. 304: ἐπαίνων ὑπερβολάς et e Criti. p. 111 D: ἄφθονα κρηνῶν .. νάματα or. 59 (t. 4, 259, 16): ναμάτων ἀφθονίαν.

Iam venio ad locos eos, quos ante Libanium iam alii imitando e Platone hauserunt:

---

[1]) Contra loci decl. 1 (t. 5, 21, 3) et decl. 46 (t. 7, 566, 17) fluxerunt e Xen. Hell. 2, 3, 28: τῆς τοῦ δήμου καταλύσεως. [2]) Cum or. 18 (t. 2, 249, 5) colloco Cratini Ἀρχίλ. (II 16, 2 M. = I 12, 2 K.): σμήνη σοφιστῶν et Ar. Nub. 298: σμήνη θεῶν. [3]) Hunc locum Reiskius ut e Platone depromptum indicavit. [4]) Cf. Mark. p. 144. Vid. supra p. 67.

Rep. 2 p. 371 E: *πλήρωμα .. πόλεώς εἰσιν .. καὶ μισθωτοί,* cf. Arist. Pol. 2, 7, p. 1267b 16, 3, 13 p. 1284a 5, 4, 4 p. 1291a 17 ~ or. 19 (t. 2, 391, 10 sq), ep. 38: *πλήρωμα . . τῇ βουλῇ.*

*Leg. 11 p. 925 E: *σωμάτων .. πηρώσεις,* cf. [Aristot.] de virt. 6 p. 1251 a 12 ~ decl. 39 (t. 7, 311, 3).

*Epin. p. 982 E: *πορείαν .. καὶ χορείαν* (sc. *τῶν ἀστέρων*), cf. [Luc.] salt. 7: *ἡ χορεία τῶν ἀστέρων* ~ or. 64 (t. 4, 428, 2)[1].

Alc. 1 p. 123 C, Theaet. p. 174 E: *γῆς .. μυρία πλέθρα;* cf. Luc. tyr. 1, saepius[2] ~ decl. 30 (t. 6, 654, 10), decl. 36 (t. 7, 213, 16), decl. 48 (t. 7, 619, 17).

* Rep. 8 p. 566 A: *χρεῶν .. ἀποκοπάς,* *Leg. 3 p. 684 E, cf. Plut. Sol. 15 ~ decl. 1 (t. 5, 101, 18).

Phaed. p. 111 E: *ἕν τι τῶν χασμάτων τῆς γῆς,* Rep. 2 p. 359 D, cf. Plut. Sull. 6 ~ or. 18 (t. 2, 355, 1 sq).

* Theaet. p. 209 E: *ἡδὺ χρῆμ' ἂν εἴη τοῦ .. λόγου*[3], cf. Plut. mor. p. 975 C ~ or. 11 (t. 1, 498, 15 sq et 502, 9 sq), or. 31 (t. 3, 127, 16), or. 33 (t. 3, 176, 11), or. 51 (t. 4, 19, 20—20, 1), or. 62 (t. 4, 354, 11 sq), ep. 340, ep. 573, ep. 882, ep. 1143.

Denique colloco locos eos, quibus similes etiam apud alios priorum temporum auctores exstant:

Tim. p. 47 A: *ἐνιαυτῶν περίοδοι,* cf. Phaedr. p. 249 A, Phaed. p. 107 E, Pind. N. 11, 51: *πάσαις ἐτέων περόδοις* ~ ethop. 21 (t. 8, 422, 16): *ἐνιαυτῶν περιόδοις.* Certe Platonis locum imitatur.

Gorg. p. 519 C: *προστάτης .. πόλεως,* Xen. Mem. 1, 2, 32 et 40[4] ~ decl. 1 (t. 5, 38, 5 sq)[5].

* Prot. p. 325 C: *χρημάτων .. δημεύσεις,* * [Dem.] or. 17, 15 ~ or. 22 (t. 2, 484, 14): *δημεύσεις χρημάτων,* liberius decl. 31 (t. 7, 26, 9 et 13), decl. 39 (t. 7, 311, 2 sq).[6]

Leg. 6 p. 773 B: *τρόπων ἤθεσιν,* 12 p. 968 D, [Isocr.] or. 1, 4: *τὰ τῶν τρόπων ἤθη* ~ ep. 61.

Iam venio ad

substantiva cum adiectivis

coniuncta:

* Apol. p. 17 B: *κεκαλλιεπημένους .. λόγους*[7] ~ or. 25 (t. 2, 565, 18).

* Epin. p. 985 B: *κατ' ἀμυδρὰν ὄψιν* ~ or. 17 (t. 2, 211, 8 sq).

---

[1]) Vid. Foerster. in appar. ad l. l. [2]) Choric. Tyr. 75, 12 B. [3]) Cf. Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 209 E. [4]) Ad Xenoph. Mem. 4, 1, 2 spectant verba decl. 46 (t. 7, 557, 4): *τοῦ σώματος τὴν ὥραν.* [5]) Xenophontis locos omisit Mark. p. 143. [6]) Eandem locutionem praebet Ioannes Chrys. hom. 13 p. 136 A sq. *Δήμευσις* omisso vocabulo *χρημάτων* adhibetur decl. 26 (t. 6, 529, 6) et loc. comm. 1 (t. 8, 167, 11). [7]) Hunc locum citat Theodoretus therap. 1, 30 p. 13 R.

* Criti. p. 119 C: ἐν στήλῃ .. ὀρειχαλκίνῃ ∾ or. 12 (t. 2, 12, 20).
* Phaedr. p. 247 B: ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον ἁψῖδα[1] ∾ or. 59 (t. 4, 235, 7 sq et 286, 4 sq).
Leg. 3 p. 690 C: θεοφιλῆ .. ἀρχήν ∾ or. 59 (t. 4, 217, 2).
* Phaedr. p. 242 A: μεσημβρία .. ἡ δὴ καλουμένη σταθερά[2] ∾ ep. 1084, or. 18 (t. 2, 311, 1), descr. 1 (t. 8, 463, 11).

Liberius utitur Platonis locis his:
Parm. p. 127 A: ἐκ τῆς προτέρας ἐπιδημίας ∾ ep. 1032.
Charm. p. 153 A: ᾖα ἐπὶ τὰς ξυνήθεις διατριβάς[3] ∾ ep. 645, ep. 1424, ep. 1434 b.
Ep. 7 p. 352 A: προφάσεις πρὸς τὰ γενόμενα ἱκανάς ∾ decl. 26 (t. 6, 529, 15 sq).
Conv. p. 195 E: σκληρὸν ἦθος[4] ∾ ep. 1450.
Ep. 8 p. 355 E: ἀδόλῳ γνώμῃ ∾ ep. 1350.
Leg. 2 p. 660 C: πράγματα ἀνίατα ∾ ep. 1402.
Phaedr. p. 265 B: ἀπίθανον λόγον ∾ decl. 38 (t. 7, 280, 2 sq).
Ion. p. 535 C: ἐναργὲς .. τεκμήριον ∾ or. 40 (t. 3, 285, 22).
Tim. p. 72 B: σημεῖα ἐναργέστερα ∾ decl. 1 (t. 5, 108, 20—109, 1).
Epin. p. 978 A: ἡ .. ἄτακτος φορά ∾ decl. 33 (t. 7, 101, 1 sq).
Gorg. p. 518 A: δουλοπρεπεῖς (sc. τὰς ἄλλας τέχνας) ∾ vitup. 6 (t. 8, 313, 2).
Leg. 10 p. 906 B: ἄδικον λῆμμα[5] ∾ decl. 1 (t. 5, 28, 1).
Rep. 4 p. 429 D: ἔρια .. ἁλουργά ∾ decl. 1 (t. 5, 28, 15)[6].
Gorg. p. 519 B: ἀνόητον πρᾶγμα ∾ decl. 44 (t. 7, 487, 11).
Ep. 8 p. 355 E: χαρίτων ἕνεκα διττῶν ∾ ep. 1154.
Leg. 12 p. 945 C: πολλοὶ καιροὶ πολιτείας λύσεις ∾ ep. 644: utroque loco verba πολλοὶ καιροί maximam vim habent, et in eadem epistula complures alii loci ad Platonem spectant, ita ut hos quoque huc referre liceat[7].
Prot. p. 338 A: εὐσχημονέστεροι (sc. οἱ λόγοι) ∾ ep. 411.
Gorg. p. 524 C: κατεαγότα .. μέλη ∾ arg. or. Dem. vit. (t. 8, 602, 7).
Charm. p. 165 A: συμβουλὰς χρησίμους ∾ vitup. 6 (t. 8, 313, 9 sq).
Menex. p. 241 C: (ἔργον) κοινὸν .. Λακεδαιμονίων τε καὶ Ἀθηναίων, cf. Conv. p. 205 A, Criti. p. 110 C ∾ laud. 1 (t. 8, 217, 8 sq).
Alc. 1 p. 106 D: ἀγαθὸς ξύμβουλος εἶ ∾ ethop. 2 (t. 8, 377, 9): ⟨σύμβουλος⟩ ἀγαθός.

---

[1]) Gladis p. 44. [2]) Idem locus placuit Alciphroni 3, 12 et Dioni Chrys. or. 1 (t. 1, 10, 5). His testimoniis labefactatur sententia eorum, qui verba Platonis: ἡ δὴ καλουμένη σταθερά interpolata esse censent. [3]) Platonis locus, ni fallor, obversatur Charit. 1, 1, 9. [4]) Hunc locum imitatur Plutarchus mor. p. 712 B. [5]) Astius coniecit λῆμα, id quod Libanii loco refutatur. [6]) Mark. p. 77. [7]) At ep. 728 verbotenus fere exscripsit [Isocr.] or. 1, 29.

* Leg. 1 p. 641 D: οὐδεὶς φθόνος ∾ decl. 10 (t. 5, 503, 10).
Gorg p. 511 E: ἐν μετρίῳ σχήματι ∾ or. 59 (t. 4, 271, 4 sq).
Factum denique esse potest, ut e Conv. p. 208 D: ἀθάνατον μνήμην ἀρετῆς, 209 D[1] fluxerint loci decl. 16 (t. 6, 159, 10), or. 20 (t. 2, 430, 15 sq), ep. 683, ep. 888, ep. 943, confirm. 1 (t. 8, 139, 7 sq).

Iam transeo ad locos eos, quibus similes etiam apud alios auctores exstant:

Leg. 6 p. 774 E: ἀδελφῶν ὁμοπατρίων, Euthyd. p. 297 E, Antiph. or. 1, 1[2] ∾ or. 18 (t. 2, 240, 8 sq), laud. 6 (t. 8, 258, 1).
* Leg. 11 p. 937 D: τὴν .. δίκην ἀνάδικον[3] γίγνεσθαι, * Andoc. de myst. 88 ∾ decl. 16 (t. 6, 153, 16). Cum Libanius nec Antiphontis nec Andocidis opera noverit, Platonem eum his locis sequi colligendum est.
* Leg. 7 p. 806 A: ἀναγκαία τύχη, * Dem. epist. 2, 5 ∾ or. 59 (t. 4, 258, 8 sq): τὴν ἀναγκαίαν ⟨τύχην⟩.
Rep. 7 p. 514 A: ἐν καταγείῳ οἰκήσει, Prot. p. 320 E, Xen. An. 4, 5, 19[4] ∾ or. 18 (t. 2, 336, 21 sq), arg. or. Dem. vit. (t. 8, 604, 9).
* Lys. p. 208 B: τοῦ ὀρικοῦ ζεύγους, * Aeschin. or. 2, 111 et 3, 76, cf. Diod. Sic. 2, 11, Plut. Alc. 27, Luc. am. 6 ∾ decl. 31 (t. 7, 17, 10), ep. 585 b.

β) De adiectivorum usu.

Leg. 5 p. 729 A: τῶν .. ἀναγκαίων .. ἐνδεής ∾ decl. 29 (t. 6, 608, 16).
Crit. p. 45 B: δυσχερές σοι γενέσθω ∾ ep. 29.
Polit. p. 273 E: τὸ .. ἐπὶ τὴν .. ἀπόδειξιν ἱκανόν ∾ or. 39 (t. 3, 267, 10).
Rep. 6 p. 506 A: οὐ πολλοῦ τινος ἄξιον φύλακα ∾ ep. 984.
Conv. p. 221 C: τοῦτο ἄξιον παντὸς θαύματος ∾ decl. 2 (t. 5, 128, 9 sq).
Phaed. p. 83 E: ἄμοιρος (ψυχὴ) .. τῆς τοῦ θείου .. συνουσίας ∾ decl. 1 (t. 5, 104, 11 sq).
* Soph. p. 265 A: τοῖς ἐγγυτάτω γένει ∾ decl. 21 (t. 6, 324, 2 sq), arg. or. Dem. 53 (t. 8, 674, 18 sq), arg. or. 56 (p. 679, 12), arg. or. 57 (p. 681, 5).
* Prot. p. 311 B: παρὰ τὸν σαυτοῦ ὁμώνυμον ∾ laud. 2 (t. 8, 230, 14).
Criti. p. 107 C: οὐδὲν εἰδότες ἀκριβές ∾ ep. 1346.
Phaedr. p. 252 B: ὑβριστικὸν πάνυ, Crat. p. 426 B ∾ ep. 598.
Leg. 7 p. 814 B: δειλότατον φύσει ∾ or. 24 (t. 2, 515, 15 sq).
Gorg. p. 485 D: μέγα .. μηδέποτε φθέγξασθαι ∾ or. 59 (t. 4, 270, 15 sq).

---

[1]) Eiusdem loci meminit Themistius or. 7 p. 100 d; cf. Pohlschm. p. 33.
[2]) Iul. Misop. p. 340 A: ἀδελφὸς ὁμοπάτριος. [3]) Meier-Schoemann-Lipsius p. 973 sq. [4]) Testimonia omnia congessit Lobeck, Phryn. p. 297.

Leg. 8 p. 829 D: *τίμιοι ἐν τῇ πόλει* ∾ ep. 842.
Rep. 4 p. 431 D: *κρείττω ἡδονῶν* ∾ decl. 1 (t. 5, 108, 15)[1], or. 18 (t. 2, 291, 1 sq)[2].
Prot. p. 353 C: *ἥττω εἶναι τῶν ἡδονῶν* ∾ ep. 18.
Gorg. p. 451 D: *ἀμφισβητήσιμον καὶ τοῦτο* ∾ decl. 17 (t. 6, 209, 14).
Soph. p. 243 A: *ἀνεπίφθονον ἀποφήνασθαι,* Rep. 10 p. 612 B ∾ decl. 16 (t. 6, 155, 15).
Rep. 7 p. 539 A: *πολλῆς συγγνώμης ἄξιον* ∾ decl. 1 (t. 5, 37, 4).
* Rep. 9 p. 579 D: *δοῦλος τὰς μεγίστας θωπείας καὶ δουλείας* ∾ or. 25 (t. 2, 552, 7 sq).

2 De verbis.

a) De verbis cum genetivo coniunctis.

Ad verba iam transiens ratione grammaticae habita primum quidem enumero verba cum genetivo coniuncta, quae ad Platonem redeunt.

Tim. p. 18 B: *ἐπιμέλειαν ἔχοντας ἀρετῆς* ∾ ep. 197.
Leg. 6 p. 781 D: *σχολῆς .. ἀπολαύομεν* ∾ ep. 143.
Apol. p. 26 D: *τὰ .. βιβλία .. γέμει τούτων τῶν λόγων* ∾ ep. 1404.
Hipp. min. p. 376 C: *πανσόμεθα τῆς πλάνης* ∾ ep. 800 (s. init.).
Phaed. p. 81 A: *πλάνης .. ἀπηλλαγμένη* ∾ ep. 191, or. 14 (t. 2, 90, 18 sq et 98, 19).
Gorg. p. 481 E sq: *εἰ μή τις παύσει τὰ σὰ παιδικὰ τούτων τῶν λόγων,* Phaedr. p. 257 B: *Λυσίαν .. παῦε τῶν τοιούτων λόγων* ∾ decl. 10 (t. 5, 487, 8): *παύσω τούτων τῶν (τοιούτων* C, *τῶν τοιούτων* B*) λόγων*: Gorgiae locum, si quid video, respexit Libanius.
Rep. 3 p. 389 D: *ἄρχοντας τῶν .. ἡδονῶν* ∾ or. 59 (t. 4, 269, 7)[3].
Conv. p. 196 C: *τὸ κρατεῖν ἡδονῶν* ∾ ep. 845[4], ep. 911 (v. supra p. 20).
Rep. 4 p. 421 C: *μεταλαμβάνειν εὐδαιμονίας* ∾ or. 31 (t. 3, 129, 4 sq).
Phaedr. p. 275 C: *πολλῆς ἂν εὐηθείας γέμοι* ∾ fabul. 1 (t. 8, 25, 6).
* Phaedr. p. 228 E: *ἐκκέκρουκάς με ἐλπίδος*[5] ∾ or. 43 (t. 3, 346, 23 sq).
Alc. 1 p. 105 E: *ἐλπίδος γέμειν*, Phil. p. 39 E ∾ decl. 33 (t. 7, 92, 3 sq).
Phaedr. p. 249 A: *κρίσεως ἔτυχον* ∾ or. 45 (t. 3, 366, 1 sq).
Leg. 11 p. 935 B: *νόμων .. κηδόμενος* ∾ decl. 24 (t. 6, 455, 10), decl. 44 (t. 7, 513, 1 sq).
Apol. p. 41 D: *ἀπηλλάχθαι πραγμάτων* ∾ ep. 1426 b.

---

1) Mark. p. 145. Rem ipsam e Xenophonte fluxisse docet idem p. 72. 2) Barner p. 37. 3) Barner p. 37, Gladis p. 44. 4) Idem locus Themistio quoque placuit or. 6 p. 78 a; cf. Pohlschm. p. 34, 39. 5) Locus Procopii ep. 87 (= 1559 W.) cohaeret cum Rep. 7 p. 517 B: *οὐχ ἁμαρτήσει τῆς γ' ἐμῆς ἐλπίδος* et ep. 90 (= 1561 W.) cum Leg. 9 p. 881 E: *κεκοινωνηκέναι ἀλιτηριώδους τύχης*.

Rep. 10 p. 600 E: *παιδείας μεταλάβοιεν,* Polit. p. 309 D ∾ ep. 112, ep. 218.

Phaedr. p. 234 A: *τῆς σῆς ὥρας ἀπολαύσονται* ∾ laud. 4 (t. 8, 247, 18 —248, 1)[1], descr. 4 (t. 8, 470, 8).

Tim. p. 36 E: *λογισμοῦ . . μετέχουσα* ∾ thes. 1 (t. 8, 553, 4).

Gorg. p. 472 B: *ἐκβάλλειν με ἐκ τῆς οὐσίας* ∾ decl. 31 (t. 7, 26, 5).

* Leg. 9 p. 873 E: *ἐὰν . . ψυχῆς ἄνθρωπον στερήσῃ* ∾ or. 21 (t. 2, 454, 3).

Soph. p. 218 E: *σπουδῆς οὐ . . πολλῆς τινος ἐπάξιον,* 259 C ∾ ep. 784.

Leg. 9 p. 864 E: *ἐπιβὰς τῆς οἰκείας χώρας* ∾ ep. 782, decl. 5 (t. 5, 333, 9 sq), ethop. 21 (t. 8, 423, 3).

Rep. 3 p. 404 A: *ἐὰν σμικρὰ ἐκβῶσι τῆς τεταγμένης διαίτης* ∾ decl. 10 (t. 5, 497, 3), loc. comm. 3 (t. 8, 188, 5 sq), descr. 4 (t. 8, 470, 17).

Leg. 10 p. 909 C: *ἔξω τῶν ὁρίων ἐκβάλλειν,* 9 p. 854 D ∾ vitup. 7 (t. 8, 320, 11): *ἐκβάλλων τῶν ὅρων.*

Denique affero locutiones eas, quas alio quoque e fonte haurire poterat Libanius:

Phaedr. p. 253 A: *δυνατὸν θεοῦ ἀνθρώπῳ μετασχεῖν,* Her. 7, 16: *ἔστι τοῦτο τοῦ θεοῦ τι μετέχον* ∾ ep. 711: *μετασχεῖν τοῖν θεοῖν.* Qui locus, cum de hominibus sermo sit, propius ad Platonem accedit.

* Theaet. p. 145 C: *οὐδεὶς ἐπισκήψει αὐτῷ,* * Aeschin. or. 1, 130, * Dem. or. 29, 7: *ψευδομαρτυριῶν ἐπεσκήψατο,* or. 29, 41 et 57, [Dem.] or. 49, 56 ∾ decl. 16 (t. 6, 156,1 et 162, 20 sq): hanc locutionem e Demosthene sumpsit.

β) De verbis cum dativo coniunctis:

Prot. p. 316 E: *ταῖς τέχναις ταύταις παραπετάσμασιν ἐχρήσαντο* ∾ loc. comm. 3 (t. 8, 190, 1 sq).

Tim. p. 88 E: *πολέμους ἐντίκτειν τῷ σώματι* ∾ compar. 4 (t. 8, 352, 10).

* Alc. 1 p. 118 B: *ἀμαθίᾳ γὰρ συνοικεῖς*[2] ∾ decl. 1 (t. 5, 52, 16 sq).

Leg. 1 p. 637 E: *χρῶνται . . τρυφαῖς* ∾ decl. 1 (t. 5, 38, 12 sq).

Leg. 12 p. 964 E: *παραδιδόναι μὲν τὰς αἰσθήσεις ταῖς μνήμαις* ∾ or. 52 (t. 4, 27, 18 sq).

Crit. p. 52 A: *ταῖς αἰτίαις ἐνέξεσθαι* ∾ ep. 1313, or. 16 (t. 2, 168, 19), or. 31 (t. 3, 127, 16).

Rep. 8 p. 554 D: *ἡμερῶν λόγῳ* ∾ or. 1 (t. 1, 192, 9).

Soph. p. 234 C: *τοῖς λόγοις γοητεύειν* ∾ ep. 694, decl. 25 (t. 6, 473, 3 sq).

Phaedr. p. 232 A: φιλοτιμουμένους πρὸς ἅπαντας, Conv. p. 178 E ∾ decl. 10 (t. 5, 488, 12 sq).
* Leg. 5 p. 728 A: ἅπερ ἂν . . αἰσχρὰ εἶναι . . τάττῃ, Polit. p. 305 B ∾ or. 59 (t. 4, 242, 5): τάττειν cum accusativo et infinitivo coniungitur.

β) De vocabulis, quorum constructionem ante Libanium iam alius suam fecit.

Gorg. p. 462 E: διακωμῳδεῖν τὸ ἐμαυτοῦ ἐπιτήδευμα, cf. Arist. Poet. 22 p. 1458 b 6 ∾ decl. 19 (t. 6, 283, 7 sq)[1].

γ) De vocabulis singulari constructione praeter Platonem rarissime adhibitis.

* Gorg. p. 505 D: τοὺς μύθους φασὶ . . θέμις εἶναι καταλείπειν, Soph. OC 1191: ὥστε . . θέμις εἶναι[2] ∾ or. 50 (t. 3, 474, 9 sq): in con-

[1]) Duos locos comparat Asmus, Woch. f. kl. Phil. 1912, 243. [2]) Vid. notam Hermanni ad Soph. l. l.

struction accusativi cum infinitivo *θέμις* ut vocabulum indeclinabile adhibetur.

Apol. p. 19 B: *περιεργάζεται ζητῶν,* Her. 2, 15, Dem. or. 18, 72: *περιείργασμαι μὲν ἐγὼ . . εἰπών* ∾ ep. 1192: *περιεργάζομαι* cum participio componitur: Demosthenis fortasse memor est.

* Theaet. p. 175 D: *ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν,* * Phaedr. p. 251 D, * Dem. or. 19, 197: *ἀδημονούσης δὲ τῆς ἀνθρώπου καὶ οὐκ ἐθελούσης οὔτ' ἐπισταμένης* ∾ decl. 31 (t, 7, 20, 1 sq): absolute vocabulum *ἀδημονεῖν* adhibetur. Utrum auctorem secutus sit, definiri nequit[1].

* Rep. 4 p. 421 E: *εἰς τὴν πόλιν παραδύντα,* * Dem. or. 18, 79: *εἰς Πελοπόννησον παρεδύετο* ∾ or. 39 (t. 3, 270, 11), decl. 20 (t. 6, 302, 13 sq), laud. 5 (t. 8, 254, 18—255, 1): *παραδύεσθαι εἴς τι* significat: illabi in aliquid; hanc constructionem e Demosthene suam fecit.

Lach. p. 186 E: *ὁμότεχνοι αὐτοῖς,* Theag. p. 125 E, Dem. or. 22, 58 ∾ ep. 34: *ὁμότεχνος* cum dativo coniungitur; Lachetis locum Libanius in animo habuisse videtur.

* Rep. 9 p. 581 E: *τῆς ἡδονῆς . . πόρρω,* * Isocr. or. 3, 37, or. 4, 16 ∾ or. 64 (t. 4, 487, 8)[2].

---

[1]) Vid. gr. Krus. p. 34. [2]) Denique annoto Foersterum ad textum constituendum Platonis locos citare or. 60 (t. 4, 311, 4): *ὥσπερ οὖν* (Phaedr. p. 242 E), decl. 29 (t. 6, 600, 7): *μόνον* (Rep. 2 p. 373 E), decl. 33 (t. 7, 99, 4): *ἠριθμούμην* (Thuc. 3, 20, 3, Phaedr. p. 270 D).

Pars II: E locis allatis quid colligendum sit, statuitur.

Caput I.

E singulis quaestionis particulis quid concludere liceat.

A. De sententiis e Platone depromptis.

Adhuc, quid in sententiis, rebus, elocutione Libanius Platoni debeat, singillatim exposui. Nunc, quid e locis allatis concludendum sit, explicaturus ordiar a **sententiis,** quas capite primo congessi.

Longe principem locum sententiae eae tenent, quas Libanius de vita cotidiana profert. Multo minor earum numerus[1] est, quas de morte vel de legibus et de deis suas fecit. Etiam pauciores, quae sunt de principibus et de gubernatione, in suum usum vertit. Nonnullas de philosophia ipsa magni aestimanda et de daemonibus inde deprompsit; ad problemata denique Platonica (cf. p. 8) locis paucis spectat. Inde elucet Libanium philosophum non fuisse[2], sed eas tantum sententias suas fecisse, quae ad humanitatem animique cultum pertinent.

Plurimas sententias Legibus, Reipublicae, Phaedoni debet (25 fere). Aliquantum distant Apologia, Gorgias; etiam longius Convivium, Phaedrus. Sed si ex. gr. Apologiae ambitum parvulum et Legum maximum cum numero sententiarum, quas Libanius inde hausit, comparamus, studiosius eum Apologiam quam Leges usurpasse concedendum est. Itaque ambitu centum paginarum editionis bibliothecae Teubnerianae supposito ordinem, ut ita dicam, procentualem singulorum opusculorum statuere haud inutile est. Inter dialogos igitur, quos attuli, hic ordo evadit: Apologia, Phaedo, Convivium, Phaedrus, Gorgias, Respublica, Leges.

Libanius harum sententiarum longe plerasque in declamationibus profert; secundum locum orationes, tertium epistulae obtinent; agmen claudunt progymnasmata et argumenta orationum Demosthenicarum.

---

[1]) Locos eos tantum, quos ad Platonem referendos esse certum vel veri simillimum est, respexi. [2]) Sic recte iudicant Foerster, Franc. Zamb. p. 215 et Zeller, Hist. phil. Gr. III 2[2] p. 734 sq.

Inter singulas orationes eminent sententiarum Platonicarum vestigiis or. 64 ethica pro saltatoribus habita, or. 59 *(βασιλικὸς εἰς Κωνστάντιον καὶ Κώνσταντα)*, or. 18 *(ἐπιτάφιος ἐπὶ Ἰουλιανῷ)*. Paucae tantum sententiae inveniuntur in reliquis orationibus. Etiam pro ambitu orationi 64 palma debetur; quam sequuntur or. 59 et 18. Eminent igitur orationes epidicticae; nec desiderantur sententiae Platonis in reliquis orationibus publicis ad Iulianum, Constantium, Theodosium, Antiochenos habitis. — Inter declamationes sententiae dimidio plures leguntur in decl. 1 (Socratis apologia) et 2 (de Socratis silentio), quae cum reliquis ne comparari quidem possunt. Inter has sententiae praecipue inveniuntur in decl. 8 (defens. Martis), decl. 29, quae est parasiti de domino philosophante querela, decl. 9 (Neoclis orat.), decl. 16, qua Aristophontis antilogia fingitur, decl. 48 (philadelphi abdicationis petit.). Sin autem procentualiter declamationum ambitum respicimus, ordo hic erit: decl. 2, 1, 8, 29, 9, 48, 16. Inter singula declamationum genera post declamationes Socraticas (1, 2), quae longe reliquis praestant, ponendae sunt mythologicae (6—8) et eae, quarum argumenta ex historia aliarum civitatum (24, 25) et ex Attica petita sunt (9—16). Has sequuntur ethologicae (26—50), denique Philippicae (17—23); desiderantur sententiae Platonis in declamationibus Homericis (3—5). Intra ethologicas eminent parasiticae (28, 29) et par declamationum philadelphorum (47, 48). Sequuntur eae, quae de avaris sunt (30—33), denique eae, quas morosus habens inducitur (26, 27), et in quibus inter divitem et pauperem contentio est (35—38). — Praestant inter progymnasmata loci communes, in quibus quattuor sententiae Platonis inveniuntur, et confirmationes nec non laudationes, denique chriae, ethopoeiae, descriptiones, theses. Sententiae complures proferuntur in laud. 6 *(ἐγκώμιον δικαιοσύνης)*, loc. comm. 5 *(περὶ τυραννοκτόνου)*, confirm. 2 *(ὅτι εἰκότα τὰ κατὰ τὴν Ἀχιλλέως ὀργήν)*. Hic quoque si ambitus rationem habemus, ordo erit: confirmationes, theses, loci communes, descriptiones, laudationes, chriae, ethopoeiae. In argum. or. Dem. 19 sententia Platonis invenitur.

In epistulis Libanius potissimum, ut fuit exspectandum, Platonis de vita cotidiana sententias affert, paucas de philosophia magni aestimanda, de deis, de legibus, de arte regnandi, de morte. Hae epistulae magnam partem familiares sunt. Secundum locum eae tenent, quibus alicui supplicat vel ipse sibi aliquid expetit, et commendaticiae. Singularum philosophi sententiarum meminit in epistulis, quibus aliquem laudat vel vituperat vel consolatur

vel ad scribendum hortatur vel gratias agit, sive pro auxilio impetrato sive pro epistula sibi missa: quae omnes dictionem elatiorem postulant, quia ad genus laudatorium appropinquant. Inter viros eos, ad quos epistulas sententiis Platonicis exornatas misit, Priscus (I)[1] philosophus, Iulianus imperator, Aristaenetus (I), Maximus (X) philosophus, Gerontius rhetor sunt: iam elucet Libanium non temere, sed consulto has sententias litteris suis inseruisse et ad eos quidem datis, quos, quid ipse in animo haberet, optime intellecturos esse sperabat. Uniuscuiusque eruditionem respexit nec iactandi tantum causa locos Platonicos deprompsit. Urbanitate quadam usus in epistulis his Platonem nominat, illis tecte significat. Ceterum his sententiis magnam partem initia vel clausulas epistularum ut earum culmina exornavit, quos eosdem locos cum rebus Platonicis tum proverbiis[2] adornare amabat.

B. De rebus e Platone depromptis.

a) Factum esse potest, ut Libanius in **argumentis** decl. 2, 14, 23 27, 33, 38, 39, 46, 47, 48 Platonis Legum, Phaedonis, Charmidis, Protagorae memor fuerit.

b) Numerus locorum, quibus Libanius ad **Socratis aequales,** et discipulos et sophistas, spectat, multo minor est quam eorum, quibus de **Socrate ipso** res est. Duobus locis or. 64, singulis or. 18 et 25 eorum meminit. Plures epistularum loci huc spectant; quarum aliae commendaticiae, aliae familiares sunt, una ad studium hortatur. E progymnasmatis unus locus confirm. 1 ad sophistas pertinet. Longe autem plurimi loci tales Libanii in declamationibus leguntur et quidem, ut exspectandum est, praecipue in decl. 1 et 2; in decl. 1 plus centum, in decl. 2 quadraginta fere inveniuntur. Inter ceteras eminent decl. 12, qua Timonis oratio fingitur, decl. 14, 15, 23, 26. — Inter Platonis dialogos Apologiam imprimis in decl. 1, Phaedonem in decl. 2 secutus est; sed Apologiae multo plures locos quam Phaedoni debet. Hunc sequuntur Convivium, Protagoras, Gorgias, Phaedrus, Charmides, Crito. Reliquis e dialogis pauca tantum sua fecit.

c) Venio nunc ad **dialogorum condiciones,** quas Libanius imitatus est. Iis summa cum varietate et amoenitate utitur. Rarissime Platonem vel Socratem nominans certam rerum condicionem indicat,

---

[1]) Adicio homonymis numeros a Seeckio additos. [2]) Salzm. p. 104.

et numerus locorum, quibus verbotenus philosophum exscribit, minimus est. Saepius arte, saepissime libere dialogos suos fecit vel uno tantum vocabulo locum aliquem indicat[1]. Prae ceteris dialogis Phaedrus ei probatus est. Sequuntur Respublica, Convivium, Apologia. Longius distant cum reliqui dialogi tum Gorgias, Phaedo, Theaetetus, Leges. Horum ambitum si respicimus, hic ordo evadit: Apologia, Phaedrus, Convivium, Phaedo, Gorgias, Respublica, Theaetetus, Leges.

His condicionibus Platonicis praecipue in declamationibus Libanius usus est, utpote in quibus plurima lectionis Platonis vestigia inveniantur. Epistulae autem orationibus multo antecedunt. Paucissimis tantum locis progymnasmata adornavit. — Inter singulas orationes eminet or. 1, quam scriptionem de fortuna sua composuit, nec multum distat or. 64 pro saltatoribus habita: hae ad genus laudationum accedunt. E ceteris eminent orationes epidicticae: or. 18 *(ἐπιτάφιος ἐπὶ Ἰουλιανῷ)*, or. 59 *(βασιλικός)*, or. 12 *(εἰς Ἰουλιανὸν αὐτοκράτορα ὕπατον)*, denique or. 11 *(Ἀντιοχικός)*, 39, 13, 54, 62. Ambitu respecto orationi 12 palma debetur. — Inter declamationes principem locum prima habet, in qua decem fere dialogorum condiciones suas fecit; secundum locum tenent decl. 12, quae Timonis oratio est, et decl. 23, qua Demosthenis apologia fingitur. Has sequuntur decl. 15 (Cephali oratio), denique decl. 14, quae Callaeschri oratio est, decl. 26 (morosi de uxore loquaci querela), decl. 44, quae strategi apologia est. Harum ambitu respecto ordo erit: decl. 14, 12, 15, 26, 44, 23, 1. — Singula genera declamationum si respicimus, maxime omnibus praestare declamationes Socraticas manifestum est. Sequuntur eae, quarum argumenta ex historia Attica deprompta sunt, tum Philippicae sex, deinde ethologicae, postremo eae, quarum argumenta ex aliarum civitatum historia petita suut. E declamationibus ethologicis eminent eae, quae de avaris sunt, tum, quibus morosus queritur, deinde decl. parasiticae. — Iam ut ad progymnasmata transeam, nonnulli loci Platonici leguntur in laudationibus (1, 3, 4, 7), pauciores in locis communibus (duo in loc. comm. 1, unus in loc. comm. 5), ethopoeiis (17, 23) et vituperationibus (2, 7), singuli in chria 1, compar. 1, descr. 5, thes. 1. — Longum est eos enumerare, ad quos epistulae dialogorum condicionum imitationibus ornatae datae sunt; id tantum dico Libanium in epistulis senis Demetrio (I) rhetori et Acacio (II) datis locis compluribus ad

[1]) Eadem ratione Libanius Demosthenem suum fecit; cf. gr. Krusius p. 69.

Platonem spectare. Item epistulas Alexandro (II), Themistio philosopho, Fortunatiano (I) prae ceteris talibus locis exornavit. Inter singula epistularum genera palma epistulis familiaribus debetur; secundum ordinem epistulae commendaticiae tenent; sequuntur epistulae complures laudatoriae, supplicatoriae, gratulatoriae.

d) Nunc, quid e locis illis, quibus **comparationes et imagines** Platonicas Libanius suas fecit, concludendum sit, quaeratur. E comparationibus eas praecipue amavit, quas iam Plato ut tales significaverat et quas eadem atque ille ratione adhibere poterat. Multo magis autem imagines Platonicae eius plausum tulerunt et maxime eae, quas de aestibus maris et de agricolis Plato protulerat, minus imagines de gubernatoribus nautisque et de pastoribus sumptae: hae sunt condiciones vitae, quae rhetori minus ex ipsius vita notae erant. Etiam minor est numerus locorum, quibus ad Platonis comparationes et imagines alludit.

Comparationes et imagines Libanius omnes fere e Republica Platonica deprompsit (vid. infra p. 149), paucas tantum e Gorgia et Legibus, pauciores e Theaeteto et Politico, paucissimas e Phaedro, Euthydemo, Protagora. Plures in epistulis quam in orationibus et declamationibus profert, nonnullas in progymnasmatis. Inter orationes eminent or. 59 *(βασιλικός)* et or. 18 *(ἐπιτάφιος)*, post eas or. 1, 12, 15, 41, 61. — Plurima dictionis ornamenta talia in decl. 16, quae est Aristophontis apologia, affert, pauciora in decl. 1 et 15 (Cephali orat.); binae comparationes et imagines Platonicae leguntur in decl. 9 et 46. — Iterum declamationes Socraticas sequuntur eae, quarum argumenta ex historia Attica petita sunt. Pauci loci tales in Philippicis, ethologicis, Homericis exstant, intra ethologicas in iis, quae de avaris sunt. — Binae imagines leguntur in chriis (2, 3), singulae in ethop. 19, descr. 7, sent. 1, compar. 5, vitup. 7. — Inter epistulas, quas tali modo Libanius adornavit, plures familiares sunt; auxilium pro aliquo petit epistulis sex, litterae commendaticiae sunt tres, laudat alium, alii gratias agit, hunc consolatur, illi de epistulis scribendis praecepta dat.

e) Etiam in **rebus mythologicis, historicis, geographicis** inter dialogos Platonis fons praecipuus Respublica Libanio erat. Longius ceteri dialogi distant, e quibus eminent Phaedrus, tum Convivium, Gorgias, Menexenus, Leges, Timaeus, denique Alcibiades I, Ion, Theages. — Inter Libanii opera longe hac in re ceteris praestant declamationes (30 fere loci); tum orationes epi-

stulis antecedunt; agmen claudunt progymnasmata. Orationem 18 *(ἐπιτάφιον)* magis rebus mythologicis adornavit quam ceteras (64, 1, 25, 59; 13, 14, 48, 56), in quibus singulas res tales profert. — In decl. 1 plures res cum mythologicas tum historicas profert quam omnibus in orationibus ceteris. Reliquas inter declamationes largius locos tales inspersit declamationibus 17 (invectiv. in Aeschinem), 12, qua Timonis oratio fingitur, 15 (Cephali or.). — Ut singula declamationum genera respiciam, sed Socratica praetermittam, declamationibus Philippicis antecedunt eae, quarum argumenta ex historia Attica deprompta sunt, succedunt ethologicae. — In confirm. 2 et sent. 1 de Homero loquitur; in laud. 5 et vitup. 5 res historicas profert. — Inter epistulas, in quibus ad res mythologicas alludit, quattuor privatae sunt; singulis gratias agit pro epistulis sibi missis vel aliquem laudat. Ad rem historicam spectat in epistula privata. Inter eos, quibus epistulae datae sunt, Priscianus (I) est.

f) Inter **proverbia** ea sola respexi, quae supra p. 84—89 congessi. Has quoque maximam partem Reipublicae debet. Ceteros inter dialogos Phaedrum, Phaedonem, Leges magis suos fecit quam Theaetetum et Cratylum. Horum ambitu respecto primo loco Phaedrus est, tum Phaedo, deinde Respublica et Cratylus, postremo Theaetetus. — Multo plura proverbia in epistulis inveniuntur quam in orationibus; tertium locum declamationes tenent; sequuntur progymnasmata[1]. — Ex orationibus usu proverbiorum, quae a Platone originem ducunt, maxime eminet or. 64 pro saltatoribus habita. Post hanc nominandae sunt or. 59 *(βασιλικός)*, 12 *(εἰς Ἰουλιανὸν αὐτοκράτορα ὕπατον)*, 2 *(πρὸς τοὺς βαρὺν αὐτὸν καλέσαντας)*, 48, quam ad senatum Antiochenorum habuit, denique 56, quae scriptio *κατὰ Λουκιανοῦ* est. — Inter declamationes proverbiorum usu eminent decl. 12 (Timonis oratio), 21 (Demosthenis deditionis petitio), 26, quae est morosi de uxore loquaci querela. Declamationes Socraticae tali dictionis ornamento vacant aeque atque declamationes Homericae et mythologicae. In thes. 1 et descr. 3 singula proverbia leguntur. — Inter epistulas, quae proverbiis e Platone depromptis adornatae sunt, dimidio plures familiares sunt; secundum locum commendaticiae tenent. Paucis alicui supplicat, una gratias agit. Cum multis aliis tum Modesto, Iuliano imperatori, Themistio tales epistulae datae sunt.

---

[1]) Eundem ordinem statuit Salzmannus p. 99 sq.

g) Etiam locos eos, quibus **de Homero et Hesiodo, de Phocylide, Theognide, Midae titulo** res est, Libanius e Platonis dialogis cum aliis tum Republica deprompsit. Praeter hunc dialogum Phaedro et Theaeteto usus est. Ambitus rationem habentes Phaedro principem locum tribuemus. — Libanius his locis prae ceteris operibus in declamationibus utitur, quibus succedunt epistulae; longius distant orationes et progymnasmata. — Ex orationibus or. 64 duobus, or. 17 (*μονῳδία ἐπὶ Ἰουλιανῷ*) et 52 (*πρὸς τὸν βασιλέα εἰσφορὰ νόμου*) singulis locis talibus exornavit, e declamationibus maxime decl. 1 et 5, quae est Achillis ad Ulixem antilogia. Intra declamationes ethologicas his locis parasiticas magis quam ceteras instruxit. — Duo loci tales in laud. 2 leguntur. — Epistulae modo laudatae omnes fere familiares, duae tantum commendaticiae sunt.

h) Nunc, quid **in sententiis et rebus** Libanius Platoni deberet, postquam exposui, operae pretium est inquirere, quibusnam Platonis dialogis plurima debeat quibusque in operibus Libanius plurimos locos tales proferat.

Plus ducentas dialogorum condiciones Libanius e Platonis dialogis deprompsit. Aliquanto minor numerus locorum est, quibus de dialogorum personis ea apud Platonem leguntur, quae Libanius in lucem protraxit, etiam pauciorum (150 fere) locorum sententiae Libanio probatae sunt. Dimidio minor numerus comparationum et imaginum Platonis est, quae rhetoris plausum tulerunt. Quadraginta fere e locis res mythologicas atque historicas et proverbia sua fecit, viginti fere, quae philosophus de poetis prioribus disserit, in suum usum vertit. — Omnia si computamus, inter Platonis dialogos longe principem locum Apologia et Respublica tenent; plus centum locos ex utroque dialogo suos fecit, ex illo imprimis locos, quibus de dialogorum personis res est, ex hoc dialogorum condiciones et comparationes nec non sententias. Multum distat secundus dialogorum globus, cuius agmen ducunt Phaedrus, Phaedo, sequuntur Convivium, Gorgias, Leges. In tertio globo sunt Protagoras et Theaetetus. E quarto eminent Euthydemus, Menexenus, Charmides. Dialogorum primariorum ambitum si respicimus, hic ordo est: Apologia, — Phaedrus, Convivium, Phaedo, — Gorgias, Respublica, Protagoras, Theaetetus, Leges.

Inter Libanii opera, in quibus hae sententiae et res proferuntur, longe ceteris praestant declamationes (loci 450 fere), et quidem in declamationibus Socraticis 240 fere loci tales leguntur. Epistulae

autem (230 fere) orationibus aliquantum antecedunt (200)[1]. Agmen claudunt progymnasmata (45) et argumenta orationum Demosthenicarum (1). Quantum declamationes ab orationibus in locorum Platonicorum usu distent, vel inde elucet, quod orationum corporis ambitus multo maior est quam declamationum. In epistulis ideo plures loci tales inveniuntur quam in orationibus, quod in his rhetor magis Demosthenis vestigia premit rariusque gratiae Platonicae sectandae occasio datur quam in epistulis[2]. — Amplissime sententiis rebusque e Platone depromptis Libanius or. 64 pro saltatoribus habitam exornavit; sequuntur or. 18, quae est *ἐπιτάφιος ἐπὶ Ἰουλιανῷ*, or. 59 *(βασιλικός)*, or. 1, quam scriptionem de fortuna sua composuit, denique or. 12 *(εἰς Ἰουλιανὸν αὐτοκράτορα ὕπατον)*. Ceterarum e turba eminent or. 13 *(προσφωνητικὸς Ἰουλιανῷ)*, 25 ethica *περὶ δουλείας* habita, denique 11 *(Ἀντιοχικός)*. Excepta or. 25 omnes publice habitae et laudatoriae sunt. Orationum primariarum circuitu respecto ordo est: or. 12, 64, 59, 18, 1. Plane vacant locis, quibus sententias et res Platonis suas fecit, or. 3, 4, 8—10, 20, 26, 28, 29, 32, 35—38, 44, 45, 51, 60. — Ut ad declamationes singulas transeam, Socraticas magisque Socratis apologiam quam eam, quae de eius silentio est, toto caelo a ceteris distare apertum est. Inter has plurima lectionis philosophi documenta prae se ferunt decl. 12 (Timonis oratio), tum decl. 15 (Cephali or.) et 16 (Aristophontis antilogia), denique decl. 23 (Demosthenis apologia), 26, qua fingitur morosi de uxore loquaci querela, 14 (Callaeschri oratio). Harum ambitus rationem habentes hunc ordinem statuemus: decl. 2, 1, 12, 15, 16, 26, 23. Inter singula declamationum genera longo intervallo a Socraticis distant eae, quarum argumenta ex historia Attica petita sunt, sequuntur decl. Philippicae, tum ethologicae, deinde eae, quarum argumenta ex historia, verum non Attica petita sunt, et Homericae, denique mythologicae. Et intra ethologicas locis Platonicis pluribus adornavit eas, quas morosum loquentem inducit, et eas, quibus avarus loquitur, quam parasiticas. Parci loci tales inveniuntur in declamationibus, in quibus de philadelphis res est, et in iis, in quibus inter divitem et pauperem contentio est.

Iam ad progymnasmata transeo: in laudationibus locis decem Platonis sententias et res suas fecit, paulo paucioribus in locis communibus. Aliquantulum distant confirmationes, tum chriae,

[1]) Cf. quae de proverbiorum usu supra p. 139 disserui. [2]) Idem iudicat Salzmannus p. 99 sq.

vituperationes, ethopoeiae, descriptiones, sequuntur theses. Agmen claudunt sententiae et comparationes. Ambitum horum generum respicientibus studium Platonis magis e confirmationibus et sententiis quam e thesibus elucet. — Intra haec genera compluribus locis Platonis meminit confirm. 2 *(ὅτι εἰκότα τὰ κατὰ τὴν Ἀχιλλέως ὀργήν)*, loc. comm. 1 *(κατὰ ἀνδροφόνου)*, 5 *(ὑπὲρ τυραννοκτόνου)*, laud. 6 *(ἐγκώμιον δικαιοσύνης)*, thes. 1 *(εἰ γαμητέον)*. In arg. or. Dem. 19 sententiam philosophi usurpavit.

Denique ad epistulas venio, in quibus plus centum dialogorum condiciones suas fecit. Plus triginta locis comparationes vel potius imagines totidemque proverbia e Platone deprompta exhibet. Haud multo paucioribus locis sententias philosophi in suum usum vertit. Ut in orationibus, in quibus de rebus publicis quaestio est, sive pravam consuetudinem vituperat sive hominem quendam, qui male munere fungitur, vituperat, parcius loci, qui ad Platonem spectant, leguntur quam in orationibus laudatoriis et epidicticis, ita maxime epistulas familiares (plus centum) tali ratione ornavit; secundum locum epistulae eae tenent, quibus aliquem commendat; sequuntur epistulae, quibus aliquid ab alio quodam petit: in his omnibus aliquid generis laudatorii inest. Ceteris ex epistularum generibus eae eminent, quibus aliis gratias agit et quibus aut ad scribendum aut ad studium litterarum hortatur: hae quoque stilum gravem postulant. Perpaucis locis in epistulis mere negotialibus locos Platonicos adhibet. Hi omnes autem leguntur in epistulis ad eos homines datis, qui muneribus publicis funguntur vel philosophi rhetoresque sunt vel antea Libanii discipuli fuerunt (vid. p. 155 sq).

C. De locutionibus e Platone depromptis.

a) Nunc ut doceam, quid e locis iis colligendum sit, quibus Libanius **dictionem Platonis** suam fecit, ordior ab **enuntiatis integris et a coniunctione parium vocabulorum**. Plurima horum exempla e Republica et e Legibus deprompsit. Longe distant ceteri dialogi, e quibus eminent Gorgias, Phaedo, Apologia, Convivium, Phaedrus, Politicus, Theaetetus. Eorum ambitu respecto ordo est: Apologia, — Convivium, Phaedo, Respublica, Gorgias, Phaedrus, — Leges. Inter Libanii opera longe principem locum declamationes tenent; epistulae paululum orationibus praestant. Pauca exempla in progymnasmatis leguntur, unum in argumentis orationum Demosthenicarum. — Ex orationibus eminent 59 et 1, tum or. 11 *(Ἀντιοχικός)*, 25 ethica *περὶ δουλείας* ha-

bita, or. 47 de patrociniis habita, denique or. 18, 64, 63 pro Olympio habita, 33, quam contra Tisamenum conscripsit: non solum igitur orationes epidicticas, quas saepius laudavi, verum etiam eas, quas de rebus publicis composuit, talibus locis ornavit. Circuitu respecto intra orationes primarias ordo est: or. 47, 25, —59, 1, 11. — Longe ceteris declamationibus prima praestat. Sequuntur decl. 42 (patris infanticidae defensio) et 44 (strategi apologia), tum 13, qua Corinthiorum oratio fingitur, 15 (Cephali oratio), 16 (Aristophontis antilogia), 23 (Demosthenis apologia). Ambitus si rationem habemus, hic ordo evadit: decl. 42, 1, 15, 44, — 13, 16, — 23. Inter singula declamationum genera paululum e ceteris — ut de declamationibus Socraticis taceam — eminent eae, quarum argumenta ex historia Attica deprompta sunt, sequuntur Philippicae, ethologicae, tum Homericae, mythologicae, denique eae, quarum argumenta ex aliarum civitatum historia petita sunt. Ex ethologicis eminent eae, in quibus avarus loquitur. — Inter singula progymnasmatum genera enuntiata Platonica praecipue in vituperationibus exstant: has sequuntur loci communes, tum laudationes, ethopoeiae, denique theses, descriptiones, comparationes. E singulis opusculis eminent vitup. 5 et loc. comm. 1. In arg. or. Dem. 40 coniunctionis parium vocabulorum exemplum reddit. — Epistulae hic quoque magnam partem familiares sunt; sequuntur commendaticiae, supplicatoriae, gratulatoriae.

b) Iam statuendum est, quid e locis iis, quibus Libanius **locutiones** Platonicas in suum usum vertit, colligendum sit. Agitur de nominum, verborum, adverbiorum, praepositionum usu.

Has locutiones plurimas deprompsit e Republica et e Legibus (sunt loci plus sexaginta). E ceteris dialogis eminent Phaedrus (25 fere locis), Gorgias, Timaeus, tum Apologia, Phaedo, Convivium, Theaetetus, denique Protagoras, Sophista. Horum dialogorum ambitu respecto ordo est: Apologia, Phaedrus, — Timaeus, Respublica, Convivium, Gorgias, Phaedo, — Protagoras, Leges, Theaetetus, Sophista. — Plurimae locutiones Platonicae in epistulis inveniuntur, sed declamationes vix quicquam iis cedunt. Minor numerus earum est, quae in orationibus leguntur. Multo pauciores in progymnasmatis, nonnullae vel in argumentis orationum Demosthenicarum dispersae sunt. — Inter orationes locutionum Platonicarum usu eminent or. 59 *(βασιλικός)* et or. 1, quam de fortuna sua conscripsit. Aliquantum distant or. 11 *(Ἀντιοχικός)*, 18 *(ἐπιτάφιος ἐπὶ Ἰουλιανῷ)*, or. 31 pro rhetoribus habita,

or. 12 *(εἰς Ἰουλιανὸν αὐτοκράτορα)*, or. 25 ethica, or. 64 pro saltatoribus habita. Hae omnes ad genus laudationum accedunt. Denique dignae sunt, quae afferantur, or. 16 *(πρὸς Ἀντιοχέας περὶ τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς)*, or. 33, quae scriptio *κατὰ Τισαμενοῦ* composita est, or. 43 *(περὶ τῶν συνθηκῶν)*, or. 54 (*πρὸς Εὐστάθιον περὶ τῶν τιμῶν)*, or. 62, quam contra institutionis irrisores habuit. Hae de rebus publicis habitae sunt. Inter orationes primo loco laudatas ambitu respecto ordo est: or. 31, —59, 1, 11, —18. — Longe omnibus declamationibus praestat prima. E ceteris eminent decl. 26 (morosi de uxore loquaci querela), 25, quae est antilogia de Laide non revocanda. Aliquantum distant reliquae declamationes: 4 (legatio Ulixis), 16 (Aristophontis antilogia), 17, qua invectiva in Aeschinem fingitur, 44 (strategi apologia), denique 15 (Cephali oratio), 30, 33, 48. Inter singula declamationum genera Socraticas sequuntur eae, quarum argumenta ex aliarum civitatum historia petita sunt, tum Homericae, Philippicae, ethologicae, eae, quarum argumenta ex historia Attica deprompta sunt, denique mythologicae; inter ethologicas eae, quae de morosis sunt, ceteris praestant. Succedunt eae, quae de avaris et de philadelphis sunt, denique eae, in quibus inter divitem et pauperem contentio est. — Intra progymnasmatum genera plurimae locutiones Platonicae leguntur in laudationibus, tum in comparationibus, denique in locis communibus, vituperationibus, descriptionibus. Inter opuscula singula hanc ob rem commemorandae sunt thes. 1, tum laud. 4, vitup. 6, denique loc. comm. 1, 3, laud. 3, compar. 4, descr. 4. E Demosthenis vita et ex argumento orationis 56 studium dictionis philosophi elucet.

Inter singula epistularum genera elocutionis Platonicae exempla plurima leguntur in epistulis familiaribus, sequuntur commendaticiae et eae, quibus alicui supplicat, denique, quibus aliquem laudat. Nonnulli loci leguntur in epistulis, quibus aliis gratias agit. Pauci ceteris in epistularum generibus exstant.

c) Restat ut de iis locis disseram, quibus **vocabula singula** suum in usum Libanius vertit. Quorum numerum longe maximum (plus quam 170) e Platone recepit. Agitur primum quidem de vocabulis, quae solum apud Platonem leguntur (12 fere): iam inde elucet, quam studiose dictioni philosophi rhetor operam navaverit. Cum vocabulis *ἅπαξ λεγομένοις* ea collocare aequum est, quae iam ante Libanium alii Platonis sectatores sua fecerunt; nam, si Aristidem rhetorem excipis, res est de auctoribus, quorum ope-

ribus Libanius ad stilum suum formandum usus non est. Huc accedunt vocabula singulari notione adhibita, denique ea, quorum constructio grammatica singularis Libanio cum Platone communis est. Praeterea Libanius magna cum diligentia vocabula ea usurpavit, quae semel tantum apud Platonem leguntur (triginta fere): haec prae ceteris apta erant, quae ex eius pratis cum studio permeatis carperet.

Sed iam transeo ad Platonis dialogos. Vocabula illa *ἅπαξ λεγόμενα* recepit imprimis e Legibus et e Phaedro, haec, quae semel tantum apud Platonem inveniuntur, praecipue e Republica et e Convivio. Si omnia vocabula singula computamus, quorum fons Plato rhetori erat, inter dialogos agmen ducunt Respublica et Leges. Distat Phaedrus, aliquanto longius Gorgias, Theaetetus, Convivium, Phaedo. Cratylus quoque et Protagoras dialogi hoc loco nominandi sunt. Inter dialogos primarios, si circuitus rationem habemus, Phaedrus longe principem locum tenet; sequuntur Convivium, Phaedo, Respublica, Theaetetus, Gorgias, denique Leges.

Inter Libanii opera in vocabulorum singulorum usu agmen ducunt declamationes; secundum locum orationes habent, tertium epistulae; agmen claudunt progymnasmata et argumenta orationum Demosthenicarum. — Ex orationibus maxime or. 64 talibus vocabulis abundat. Ceterarum e globo eminent or. 59 *(βασιλικός)*, tum or. 1, revera scriptio, quam de vita sua composuit, or. 11 *(Ἀντιοχικός)*, denique or. 18 *(ἐπιτάφιος)*, or. 25 ethica *περὶ δουλείας*, or. 63 pro Olympio habita. — Inter declamationes excepta prima uberrime his vocabulis ornata est decl. 15, qua Cephali oratio fingitur, 26 (morosi de uxore loquaci querela), 16, quae Aristophontis antilogia est, 33, quae est oleaginae coronae petitoris abdicatio, 2, 23 (Demosthenis apologia), 48, qua philadelphi abdicationis petitio fingitur. Harum ambitu respecto hic ordo est: decl. 15, 26, — 2, 16, 48, 33, 1, 23. Iam, ut declamationes in singula genera digeram, Socraticis, quae ceteris longe praestant, succedunt eae, quarum argumenta ex historia Attica, tum eae, quarum argumenta ex aliarum civitatum historia petita sunt; sequuntur ethologicae, Homericae, Philippicae, denique mythologicae. Inter ethologicas eminent eae, quas morosus loquens fictus est, tum eae, quibus de avaris, deinde, quibus de philadelphis res est, denique parasiticae et eae, in quibus inter divitem et pauperem contentio est. — Duo loci exstant in laudationibus, totidem in ethop. 23. — *Ἀντιδέομαι* vocem *ἅπαξ λεγομένην* usurpat

in epistula 97 commendaticia Spectato data. In epistulis Aristaeneto et Datiano (IV) datis complura vocabula e Platone deprompta affert, pauciora in epistulis Modesto et Fortunatiano (I) datis, nonnulla in epistulis ad Iulianum imperatorem, Demetrium (I), Iamblichum, Marium rhetorem missis: hos omnes ad tales facetias intellegendas aptos atque inclinatos putabat. Inter singula epistularum genera primo loco familiares sunt; sequuntur commendaticiae, tum, quibus aliquid sibi expetit, quibus gratias agit; una epistula negotii gratia conscripta est.

d) Iam, postquam **de enuntiatis, locutionibus, vocabulis singulis** disputavi, restat ut statuam, quibusnam dialogis Platonis haec Libanius debeat. Numeros locorum, quibus Libanius usus est, si respicimus, quattuor genera dialogorum secerni possunt: in primo sunt Respublica (plus quam 130 loci) et Leges (120 fere); secundi agmen ducit Phaedrus (plus quam 50), sequuntur Gorgias, Phaedo, Convivium, Theaetetus, Apologia, Timaeus, Protagoras. In tertio globo pono. Politicum, Sophistam, Critiam, Menexenum, Cratylum, Axiochum, Critonem, Alcibiadem I, denique Menonem, Euthydemum, Philebum, Lachetem, Epistulam 7; e quarto eminent Io et Lysis. Dialogorum primariorum ambitus ratione habita ordo est: Phaedrus, Apologia, Convivium, Respublica, Phaedo, Gorgias, Protagoras, Leges, Theaetetus, Timaeus.

Libanius, qui multo plures locutiones quam vocabula singula vel enuntiata atque coniunctionis parium vocabulorum exempla e philosophi operibus sua fecit, haec profert imprimis in declamationibus (300 fere locis). Secundum locum epistulae tenent (230), sed haud procul distant orationes. Agmen claudunt progymnasmata et argumenta orationum Demosthenicarum. — Inter orationes dictione respecta duae turmae secernuntur, quarum altera rhetor consulto talia elocutionis exempla congessit, altera hic illic dispersit. Splendent facetiis Platonicis orationes epidicticae, quas iam saepe laudavi: 59 *(βασιλικός)*, 1 scriptio, quam de vita sua composuit, 64 pro saltatoribus habita, 11 *('Αντιοχικός)*, 18 *(ἐπιτάφιος ἐπὶ 'Ιουλιανῷ)*; huc accedit or. 25 ethica *περὶ δουλείας* habita. Ex altero globo nominandae sunt or. 31, quam scriptionem *πρὸς Νικοκλέα περὶ Θρασυδαίου* composuit, 12 *(εἰς 'Ιουλιανὸν αὐτοκράτορα ὕπατον)*, denique 33 *(πρὸς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα κατὰ Τισαμενοῦ*, 63, quae scriptio *ὑπὲρ 'Ολυμπίου* est: hae orationes aut et ipsae laudatoriae sunt aut scriptiones de rebus publicis ad imperatores missae. Primariarum ambitus ratione habita ce-

teris orationibus praestat or. 25, sequuntur or. 59, 64, 1, 11, 18. Vacant locutionibus Platonicis or. 3, 7, 8—10, 23, 29, 34, 41, 46, 50, 58, 61.

Declamationum agmen primam ducere exspectandum fuit. Aliquantum ab ea ceterae distant, quae in duas turmas secerni possunt. Plurima enim talia elocutionis exempla leguntur in decl. 15 (Cephali oratione) et 26, qua morosi de uxore loquaci querela fingitur, tum in decl. 16 (Aristophontis antilogia), decl. 44 (strategi apologia), decl. 25, quae est antilogia de Laide non revocanda, decl. 33, qua oleaginae coronae petitoris abdicatio fingitur, decl. 23 (Demosthenis apologia), denique in decl. 2, decl. 4, quae est Ulixis defensio, decl. 42, quae patris infanticidae defensio est. Altero e globo declamationum eminent decl. 10 (Themistoclis antilogia) et 48, qua philadelphi abdicationis petitio fingitur. Secundum ambitum inter declamationes hunc ordinem statuo: decl. 1 et 15; 26, 25, 2; 16, 33, 44; 42, 4, 23. Post declamationes Socraticas, ut hic quoque singula genera secernam, ponendae sunt eae, quarum argumenta ex historia et Attica et aliarum civitatum deprompta sunt; sequuntur Homericae, Philippicae, ethologicae; longe distant mythologicae. Intra ethologicas ceteris praestant eae, quibus morosos, tum eae, quibus avaros, deinde eae, quibus philadelphos loquentes inducit. Distant ab his eae, in quibus inter divitem et pauperem contentio est; agmen claudunt declamationes parasiticae.

E progymnasmatum generibus locutionum Platonicarum usu eminent laudationes et vituperationes; secundum ordinem loci communes, tertium comparationes, ethopoeiae, descriptiones tenent; agmen claudunt theses. Horum operum ambitu respecto ordo hic fere erit: theses, — comparationes, descriptiones, — vituperationes, laudationes, — loci communes, ethopoeiae. Vacant his locutionibus chriae, sententiae, confirmationes. Inter opuscula singula dignae sunt, quae propter elocutionis Platonicae imitationem nominentur, thes. 1 *(εἰ γαμητέον)*, loc. comm. 1 *(κατὰ ἀνδροφόνου)*, vitup. 6 *(ψόγος πενίας)*, denique loc. comm. 3, laud. 3, 6, vitup. 5, ethop. 23, descr. 5. — In Libanii vita Demosthenica nonnullae locutiones tales inveniuntur.

Intra epistulas, quarum haud paucis locis Libanius coniunctionem parium vocabulorum et vocabula singula sua fecit, elocutionis Platonicae exempla exstant plurima in familiaribus, quae plus centum sunt. Dimidio minor numerus locorum est, qui in epistulis commendaticiis leguntur; etiam pauciores inveniuntur in litteris iis, quibus

auxilium alicuius pro alio quodam petit. Quartum epistularum genus id est, quo aliis gratias agit sive pro litteris ad ipsum missis sive pro auxilio impetrato. Ceterae epistulae propter occasionem certam conscriptae sunt, quibus hortatur ad scribendum, gratulatur, consolatur, aliquid expetit, negotia agit. Post epistulas igitur familiares in laudatoriis, quae et ipsae stilum elatiorem prae se ferunt, tales loci plurimi leguntur.

Caput II.

De totius quaestionis summa.

A. Quid omnino Libanius e Platone hauserit.

Numerus locorum, quibus Libanius Platonis sententias atque res suas fecit (925 fere), aliquanto maior est quam quibus dictionem philosophi (800) imitatus est. Non igitur, ut pro rhetorum usu exspectes, leviter ad stilum formandum Platonis operibus usus est, sed cum sententiarum tum rerum studiosissimum se praestitit. Paucis locis, quibus in argumentis declamationum fingendis Platonis fortasse meminit, praetermissis omnia, quae philosopho debet, ad singulos locos ornandos adhibuit. Plus trecentos locos potissimum declamationum et epistularum in similitudinem condicionum dialogorum effinxit, ducentis fere locis, imprimis declamationum, quae de dialogorum personis, praecipue de Socrate, e Platone noverat, repetivit; pro horum enim temporum rebus Plato fons si non singularis, at tamen praestantissimus fuit. Totidem sententias suas fecit. Aliquanto minor numerus comparationum et imaginum est — quod genus imitationis dialogorum condicionibus propinquum est —, quae plurima in declamationes transierunt. Sequuntur proverbia, quae rhetori probata fuerunt, octoginta fere locis prolata. Etiam pauciores res mythologicas et historicas e Platone recepit. Dimidio denique minor numerus locorum est, quibus cum philosopho consentiens de poetis, qui ante Platonem fuerunt, disserit. — Numerus locorum, quibus locutiones eius in opera sua transtulit, etiam maior quam dialogorum condicionum est. Vocabulorum autem singulorum, quae e Platone sua fecit, numerus tantus est, quantus sententiarum; paulo plura enuntiata et coniunctionis parium vocabulorum exempla in operibus suis repetivit.

B. Libanius qua arte Platonis operibus usus sit.

Ratio ipsa, qua in inventione et in enarratione rerum usus rhetor Platonis dialogos in usum suum convertit, tam varia est, ut in formulam redigi non possit. Quam diligenter Platonis dialogos lectitaverit, e vocabulis *ἅπαξ λεγομένοις* vel iis, quae semel tantum Plato adhibuit, ab ipso usurpatis et ex exemplis parium vocabulorum coniunctionis, quae ubertatis Platonicae documenta luculentissima sunt, cognosci potest. Et summa cum arte e singulis operibus eius, ex. gr. e Republica (vid. p. 138), lumina dictionis — ex. gr. imagines —, quibus ille problemata philosophica tractanda adornavit, enucleavit suumque in usum vertit. — Imprimis ars eius scribendi e dialogorum condicionibus perspici potest; quas summa arte et varietate elaboravit. Paucissimos tantum locos Platonis nomine auctoris addito repetivit aut plane immutatos recepit aliter atque Iulianus et Themistius, qui saepissime Platonem nominant vel verbotenus exscribunt. Cum Platonem nominat rhetor, non locos amplissimos citat, sed enuntiata quam brevissima, quibus iam satis certum dialogi locum significat, ex. gr. *ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη* (vid. p. 45). Multo saepius nonnihil mutavit, plurimis autem locis libere Platonem sectatur vel uno tantum vocabulo gravissimo (ex. gr. *ἀμετάστατος,* vid. p. 20) adhibito loci certi memorem se praestat: tali ratione alludit ut ad dialogorum condiciones, ita ad comparationes et imagines. Libenter in his tertium, quod dicitur, comparationis mutat vel e loco Platonis novam comparationem ipse effingit. Ubi bis vel saepius eundem locum usurpat, nunquam sua ipse verba repetit. — Quae ipsi vel amico, ex. gr. Iuliano, acciderunt, cum iis comparare amat, quae simili in statu rerum Socrati evenisse Plato testis est (vid. p. 44)[1]. Sic etiam locutiones haud paucas, quae praecipue in epistulis leguntur, intellegendas esse arbitror, quae ab ambobus adhibentur (vid. p. 98 sq). Quin etiam nomina personarum dialogorum ad aequales haud raro transfert honoris summi causa Zenobium Platonem, Themistium et Victorinum Socratem, Firminum, qui ipsius discipulus fuerat, Alcibiadem suum vocans (vid. p. 45), Olympium cum Eryximacho nominans (p. 44)[2].

C. Quibusnam Platonis dialogis Libanius usus sit[3].

Intra Platonis dialogos, si numeros locorum respicimus, tres

[1]) Similiter iudicat Markowskius p. 170 sqq. [2]) Simili ratione Homero utitur; Fortunatianum enim alloquitur ep. 1300: *ὦ Μενέλαε.* [3]) Quid in sententiis rebusque et in elocutione Platoni debeat, exposui p. 140 et 146.

turmae secerni possunt: dialogorum primariorum ordo est: Respublica (240 fere loci), Leges (plus quam 160), Apologia (140 fere), Phaedrus (120), Phaedo (100), Gorgias, Convivium. Longius distat alter globus, in quo pono Theaetetum, Protagoram, Timaeum, Politicum, Menexenum, Euthydemum. Dialogorum, quibus tertia turma efficitur, ordo est: Axiochus, Critias, Alcibiades I, Sophista, Crito, Cratylus, — Meno, — Laches, Charmides, — Philebus, — Io, — Epistula VII, Lysis, — Minos, Hippiae dialogi, Euthyphro, — Theages, — Alcibiades II, — Epinomis, — Eryxias, Parmenides, — Clitophon, Epistula VIII, — de virtute, Hipparchus, — Amatores, Demodocus. Dialogorum gravissimorum ambitus ratione habita longe antecedunt Apologia et Phaedrus; sequuntur Convivium, Phaedo, Menexenus, Gorgias, Respublica, — Protagoras, Theaetetus, Euthydemus, Leges, Timaeus, Politicus. Ex Apologia, Phaedro, Phaedone, Gorgia, Convivio, Protagora, Euthydemo, quos dialogos summi aestimavit, plures res et sententias quam locutiones in suum usum deprompsit; idem evenit in Charmide, Ione, Minoe, Hippia minore, Euthyphrone, Theage, Clitophonte, Amatoribus. Par harum numerus est ut in Menexeno, ita in Hippia maiore, Eryxia, de virtute, Hipparcho. Ceterorum dialogorum dictioni maiorem operam quam rebus dedit.

In tertio dialogorum globo haud pauca opuscula Platoni **subdita** leguntur: Eryxiam enim, Axiochum, Demodocum, libellum, qui de virtute inscribitur, opuscula genuina Platonis non esse iam antiquitati constabat[1]. Causis cogentibus nostris temporibus etiam Clitopho, Amatores, Hipparchus aeque atque Definitiones Platoni abrogati sunt, pariterque Minos, Theages, Epinomis, Alcibiades I et II subditi habentur. Ex his Axiochum[2] diligenter legit et non solum in sententiis et rebus, sed etiam in elocutione fontem suum fecit. Ex Eryxia[3] et libello, qui de virtute inscribitur, pariter res et locutiones, e Demodoco unam dialogi condicionem recepit. Clitophonti et Amatoribus solas res, Hipparcho etiam locutionem debet. Definitionibus usus non est[4]. E reliquis autem dialogis suspectis, imprimis ex Alcibiade I, Minoe, Theage, dedita opera sententias, res, locutiones deprompsit. Ex epistulis septimam et octavam novit: has ipsas genuinas esse

[1]) Diog. L. 3, 62; cf. Schmidium in Christii hist. litt. Gr. I⁶ p. 668 ann. 5, p. 704 sqq. [2]) De hoc dialogo vid. Mart. Meister, De Axiocho dialogo, Vrat. 1915. [3]) O. Schrohl, De Eryxia qui fertur Platonis, Gotting. 1901. [4]) Vid. p. 62.

nunc quidem inter viros doctos constare videtur[1]. At Alcyonem, Sisyphum, libellum, qui de iusto est, Libanio notos fuisse nullo indicio probatur.

Operae denique pretium est inquirere, quinam singulis in dialogis loci maxime Libanio placuerint. Sunt enim, qui adeo ei probati sint, ut iterum ac saepius eos adhibuerit, ex. gr. ex Apologia locos illos, quibus Socrates clementiam iudicum petere (p. 34 C sq) recusat et quibus dignum se esse gloriatur, qui in prytaneo publice alatur (p. 37 A); e Phaedro locos illos, quibus Socrates cum Phaedro sub platano considit et splendidum illum de cicadis mythum profert (p. 259 A sqq), quo de bigis amatoriis Socrates loquitur (p. 247 B), e Convivio locum illum, quo Pausaniae verba referuntur: *καὶ γὰρ αὐτός εἰμι τῶν χθὲς βεβαπτισμένων* et paulo post: *Σωκράτη δ' ἐξαιρῶ λόγου* (p. 176 B sq) et quo Alcibiades temulentus cum tibicina ad convivium advenit (p. 212 C sqq), e Phaedone praecipue partem eam, in qua Socrates venenum bibens moritur (p. 117 A sqq), e Menexeno illud de atavis dictum: *ἀγαθοὶ δ' ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν* (p. 237 A), e Republica imaginem illam de undis omnia obruentibus (5 p. 472 A).

In universum autem iudicanti statuendum est Libanium dialogorum primariorum partes omnes pariter suas fecisse: Phaedri, Convivii, Apologiae, Phaedonis, sed etiam Critonis, Menexeni, Politici, Alcibiadis I. Magis capitibus prioribus quam posterioribus Protagorae, Charmidis, Euthydemi, Philebi, Cratyli, Lysidis usus est; solum initium e Parmenide, initium finemque ex Euthyphrone in suum usum vertit. Contra Gorgiae partibus, quo longius ab initio distant, eo studiosius usus est. Menonis quoque partes, quae ad finem vergunt, magis quam priores, Lachetis vero, Critiae, Ionis medias diligentius reddidit. E singulis Reipublicae libris praecipue tertius et octavus rhetori probati sunt, post eos libri primi (2, 4, 1), minime ultimus. Intra Leges, e quibus imprimis vocabula singula recepit, libros 5 et 9 multo saepius usurpavit quam reliquos, inter quos etiam 1 et 7 sunt, minime librum 6.

Sic dialogis illis tribus exceptis idem corpus operum Platonicorum Libanius novit, quod ad nos pervenit. Ex operibus, quae de eo conscripta erant, Olympiodori vitam Platonicam et Anonymi vitam Platonis noverat[2], ita ut similiter atque de Thucydidis[3] et Demo-

[1]) Vid. imprimis M. Odau, Quaest. de VII. et VIII. Platonis epistulis capita duo, Regim. 1906. p. 88. Num Libanius locum Ep. 7 p. 341 B—345 C, quem Ritter, Comment. ad Leg. p. 367 sqq genuinum esse negavit, noverit, certo stabiliri nequit. [2]) Vid. Foersteri notas ad or. 18 (t. 2, 369, 18 sq), chriam 4 (t. 8, 97, 17). [3]) Id describit or. 1 (t. 1, 154, 4 sqq); cf. Wilamowitz, Hist. litt. Gr. (Kultur der Gegenw. I 8) p. 290.

sthenis[1] exemplaribus Libanianis etiam exemplar operum Platonis cogitatione depingere possimus.

D. Libanius quibus in operibus maxime Platonis vestigia presserit.

De sententiis et rebus (p. 140) disputantes hunc ordinem statuimus:

decl. 1, 2, epist., decl. 3—50, orat., prog., arg. or. Dem.,

de elocutione (p. 146):

decl. 3—50, epist., orat., decl. 1, 2, prog., arg. or. Dem.

Sin autem omnia computamus, quae e Platone in usum suum Libanius vertit, longe ceteris operibus declamationum corpus praestare negari nequit (loci 740 fere). Cetera autem inter opera epistulae (450 fere) longe orationibus (420 fere) praestant. Multo paucioribus locis in progymnasmatis (100 fere) et in argumentis orationum Demosthenicarum Platonis vestigia pressit. Quod in epistulis multo plures loci quam in orationibus leguntur, id ex operum generibus diversis satis explicatur, quae diversum stilum poscunt. Etenim in orationibus Demosthenes rhetoribus illius temporis exemplar erat eiusque imitatio postulabatur, sed epistulae ad genus minus elatum pertinent: quarum dictio aeque atque dialogorum magis ad sermonem cotidianum appropinquat (vid. p. 141). Haec argumentatio etiam ad declamationes quadrat, quippe quae in scholis[2] habitae sint. Eae ideo etiam locis ex aliis auctoribus deprompitis largiter ornatae sunt[3].

1. De orationibus[4].

Inter orationes quoque tres globi secerni possunt, quorum in primo eas pono, e quibus studium Platonis maxime cognoscitur: sunt or. 64 pro saltatoribus habita, quae studii auctorum veterum, imprimis Homeri et Thucydidis, vestigiis praestantissimis abundat, or. 59 *(βασιλικός)*, in qua praeter Homeri lectionem historicorum et oratorum studii documenta illustrissima inveniuntur, or. 1, quam scriptionem de vita sua composuit, in qua Demosthenis et Homeri studiosum se praestat, or. 18 *(ἐπιτάφιος ἐπὶ Ἰου-*

[1]) Cf. Bielski, De aetatis Demosthenicae studiis Libanianis, Bresl. phil. Abh. 48, 1914, p. 10 sq, 11 ann. 1, 24, 47 sq, 58 ann. 1, 72 sq. [2]) Cf. Schmidium in Christ. hist. litt. II 2, 806. [3]) Eadem de causa auctoribus Byzantinis magis probatae fuerunt quam orationes, ut e Photii cod. 90 et e numero codicum maiore cognoscitur. [4]) Quid in sententiis rebusque et in elocutione Platoni debeat, vid. p. 141 et 146.

λιανῷ); iam paulum distant or. 11 (Ἀντιοχικός), in qua aeque atque in oratione antecedente non solum Homerum, sed etiam Herodotum et Thucydidem sectatur, or. 12 (εἰς Ἰουλιανὸν αὐτοκράτορα ὕπατον), e qua studium poetarum, praecipue lyricorum, elucet, or. 25 ethica περὶ δουλείας habita, in qua secundum Homerum poetas comicos sequitur. Earum ambitu respecto ordo hic est: or. 12, 64, 25, 59, 1, 18, 11. Hae orationes, si diatribam περὶ δουλείας excipis, omnes laudatoriae et epidicticae[1] sunt. — In altero globo pono or. 13 (προσφωνητικὸς Ἰουλιανῷ), or. 17 (μονῳδία ἐπὶ Ἰουλιανῷ), or. 31 (πρὸς τοὺς Ἀντιοχέας ὑπὲρ τῶν ῥητόρων), or. 54, quam πρὸς Εὐστάθιον περὶ τῶν τιμῶν scripsit, or. 62, quae contra institutionis irrisores conscripta est, denique or. 19 (πρὸς Θεοδόσιον περὶ τῆς στάσεως). Harum nonnullae, ut priores, laudatoriae, ceterae autem de vitae publicae quaestionibus ad magistratus habitae sunt. — In tertium globum recepi reliquas orationes, in quibus paucissimi tantum loci Platonis inveniuntur. His in orationibus et scriptionibus, quibus se defendit (or. 62) aut amicis adest (or. 39, 63) aut de magistratibus iniustis queritur aut Antiochenis aliquid suadet (or. 43) aut alio modo civibus suis utilem se praestare conatur, quo magis ad calamitates vel miserias publicas spectat, eo minus dictionis ornamentis amplissimis locum invenit. Ceterum plurimis in orationibus elocutionis Platonicae studiosiorem quam sententiarum rerumque se praestat; exceptae autem sunt or. 64, 18, 12; 13, 17, 19, e ceteris or. 39; 15; 56; 34, 48, 58; 22, 40, 42. In orationibus 3, 8—10, 29 studii Platonici vestigia desunt.

2. De declamationibus[2].

Longe omnibus declamationibus primam (plus ducentis locis) et secundam (septuaginta fere) praestare ex iis, quae in capite antecedente disserui, apertum fuit. In ceteris duas turmas secernemus, quarum in priore eae declamationes collocandae sunt, e quibus studium Platonis operum maxime elucet: sunt decl. 15 (Cephali oratio), decl. 16 (Aristophontis antilogia), in quibus Demosthenis quoque studiosissimum se praestat, decl. 12 (Timonis oratio), in qua praeterea Isocratis vestigia premit, decl. 26, qua morosi de uxore loquaci querela fingitur, in qua, ut pro argumento ridiculo exspectandum est, prae ceteris poetas comicos, imprimis Aristophanem et Menandrum, sectatur, decl. 23 (Demosthenis apologia), in qua totus fere ex oratoribus Atticis pendet,

[1]) Easdem praecipue proverbiis exornavit: cf. Salzm. p. 100. [2]) De sententiis rebusque et elocutionis exemplis e Platone petitis vid. p. 141 et 147.

decl. 33, quae est oleaginae coronae petitoris abdicatio, e qua non solum Demosthenis, sed etiam Aristophanis studia eius perspici possunt, decl. 44 (strategi apologia), in qua vel Demosthenem parce imitatur. Multum distat ceterarum declamationum globus, e quo eminet decl. 25 (antilogia de Laide non revocanda), quam flosculis Thucydideis uberrime ornavit. Harum ambitus ratione habita agmen ducit decl. 2, sequitur decl. 1, succedunt decl. 15, 12, 26, 16, 33, 25, 44, 23. Nulla autem in declamatione Libanii studii Platonici vestigia desiderantur; paucissima inveniuntur in decl. 3, 8, 37; 35; 7. Ceterum in declamationibus, aliter atque in orationibus, magis sententias et res quam dictionem philosophi suas fecit; proinde in decl. 1, 2, 12, 23, 25, 30, 32, aliis stilo in similitudinem Platonis formando minorem operam dedit.

Iam, ut declamationum corpus in singula genera digeram, si numeros locorum, qui singulis in declamationibus ad Platonem referuntur, respicimus, post decl. Socraticas, quae longe ceteris antecedunt, ponendae sunt eae, quarum argumenta ex historia Attica deprompta sunt; sequuntur magno intervallo declamationes Philippicae, tum eae, quarum argumenta ex aliarum civitatum historia petita sunt. His succedunt ethologicae et Homericae; multum denique distant mythologicae. Singulorum quoque generum ambitus ratione habita Socraticis succedunt declamationes, quarum argumenta ex historia Attica et aliarum civitatum petita sunt, tum ethologicae, Philippicae, denique Homericae et mythologicae. Intra ethologicas autem eae, quae de morosis sunt, agmen ducunt, subsequuntur eae, quae de avaris sunt. Longius distat par declamationum philadelphorum; his succedunt parasiticae, denique eae, in quibus inter divitem et pauperem contentio est. Circuitu horum generum respecto declamationes eas, quas habens morosus fingitur, subsequuntur parasiticae, tum eae, quae de avaris et de philadelphis sunt; agmen claudunt eae, in quibus dives cum paupere contendit.

3. De progymnasmatis et de argumentis orationum Demosthenicarum[1].

Inter singula genera progymnasmatum, in quibus aeque atque in argumentis orationum Demosthenicarum dictioni Platonis maius studium quam sententiis et rebus impertivit, praestant laudationes, sequuntur loci communes et vituperationes; tertium locum

[1]) De sententiis rebusque et de elocutione vid. quae disputavi p. 141 sq et 147.

ethopoeiae et descriptiones tenent, a quibus paulo distant comparationes et theses. Reliquorum generum, in quibus pauci tales loci inspersi sunt, ordo est: confirmationes, chriae, sententiae, denique fabulae et refutationes. Horum ambitu respecto hic ordo est: theses, descriptiones, laudationes, comparationes, vituperationes, loci communes, ethopoeiae. — Sed placet ad singula opuscula transire: quorum agmen ducit thes. 1 (*εἰ γαμητέον*); subsequuntur loc. comm. 1 (*κατὰ ἀνδροφόνου*), laud. 6 (*ἐγκώμιον δικαιοσύνης*), descr. 5 (*ἔκφρασις καλανδῶν*), post has primarias loc. comm. 5 (*ὑπὲρ τυραννοκτόνου*), laud. 4 (*ἐγκώμιον Θερσίτου*), vitup. 5, 6, 7 (*ψόγος πλούτου, πενίας, ὀργῆς*), ethop. 23 (*τίνας ἂν εἴποι λόγους Ὀδυσσεὺς ἐν τῷ τοῦ Κύκλωπος σπηλαίῳ καταληφθείς;*); denique confirm. 2, loc. comm. 3, laud. 2, 3, compar. 5, ethop. 19 nominandae sunt. Sententiarum rerumque plura vestigia quam elocutionis Platonicae inveniuntur inter opuscula allata solis in loc. comm. 5, confirm. 2, laud. 2. Nullo autem in progymnasmatum genere Platonis studii indicia plane desiderantur.

In argumentis orationum Demosthenicarum unam Platonis sententiam reddit; ceterum hoc in opusculo solis locutionibus eius utitur maximeque in vita Demosthenis et in arg. or. 17 et 56.

4. De epistulis[1].

Praestant longe inter epistularum genera epistulae familiares propinquis, amicis, collegis, discipulis datae (plus ducentae). Secundum locum epistulae commendaticiae tenent (80 fere), tertium eae, quibus pro humanitate sua hominibus calamitatibus afflictis adest. Sequuntur epistulae, quibus gratias aliis agit, non solum pro epistulis ipsi missis, sed etiam pro auxilio aliis lato et pro beneficiis sibi praestitis. Denique Platonis meminit in epistulis, quibus aliquem cohortatur, sive ad scribendum sive ad studium litterarum, quibus gratulatur, consolatur; quin etiam in duobus tribusve epistulis mere negotialibus philosophi vestigia premit. Sunt igitur exceptis his et familiaribus eae, quibus alios laudandos suscepit et quae, similiter atque orationes primariae, ideo stilum elatiorem poscunt. Ceterum Libanius sententias et res pariter atque elocutionis exempla Platonica in epistulis suis profert, ita ut eae hac quoque in re inter declamationes et orationes medium locum teneant.

Eorum, quibus epistulae datae sunt, ut munera respiciamus et

[1]) De Platonis sententiarum atque rerum et elocutionis studio vid. p. 142 et 147 sq.

in singulas hos quoque classes digeramus, fieri non potest, quia multi primum rhetores vel iuris consulti postea magistratibus fungebantur, et qui discipuli olim Libanii fuerant, et ipsi collegae eius vel magistratus facti sunt. Ceterum has epistulas ornamentis e Platone depromptis praetextas iis dedit, qui vel ipsi litteris operam navabant, quos horum locorum facetias plane perspecturos esse sperabat (vid. p. 136). In easdem epistulas etiam proverbia ceteraque lumina dictionis inserit. Numerus autem hominum, quibus epistulas tali modo elaboratas dedit (170 fere), aliquanto minor est quam ceterorum hominum (270 fere). Plurimi viri tali modo honorati magistratibus funguntur vel, ut ex. gr. Datianus, in rebus publicis auctoritate maxima utuntur. Secundum hos philosophis et rhetoribus eas dedit, tum iis, qui per scholam ipsius ierant. Etiam in epistulis, quae hominibus muneribus remotis datae sunt, loci Platonici inveniuntur. Non in epistulis omnibus eidem viro datis Platonis vestigia pressit, sed in nonnullis tantum earum. — Sed iam eos enumero, quibus praecipue epistulas locis Platonicis exornatas dedit.

Agmen ducunt epistulae Themistio philosopho datae, quas non modo locis Homeri, Pindari, Euripidis[1], Aristophanis, Isocratis et proverbiis exornavit, sed large locis e Platone depromptis cum dictionem eius tum dialogorum condiciones, proverbia, res mythologicas imitatus. Ep. 304 Socratem suum eum vocat; studia eius Platonica laudat ep. 703 (cf. ep. 581) et ep. 1175. Sequuntur epistulae Anatolio (I) datae, in quibus parce Homerum, Aeschylum, Euripidem[2] secutus Platonis studiosissimum se praestat maximeque dictionem eius in suum usum vertit. Ep. 1239 Aristaeneto (I) data studium eius Platonicum laudibus effert; proinde Libanius in litteris huic datis haud raro ad Platonem alludit. Demetrii (I) rhetoris studia Demosthenica ep. 45 et 246 laudat; in epistulis ei missis huius vestigia pressit[3], magis autem (cf. ep. 705, 736, 1135) Platonem sectatur. — Paulo minus in epistulis Modesto datis Platonis studiosum se praestitit. Ut Themistius et Demetrius ipsi homines litterati erant, ita Modestus quoque gloria oratoria fruebatur[4]. Nec aliter res se habet cum Acacio (III), cui *ὠκύπους* satira, quae in corpore Lucianeo ad nos venit, a nonnullis

---

[1]) Verba ep. 1061: *τὸ τρίπωλον ἅρμα δαιμόνων τὸ καλλιζυγές* fluxerunt ex Eur. Andr. 277 sq. [2]) Verba ep. 463: *καὶ τὰ δοκηθέντα ἐτελέσθη* ex Eurip. Med. 1417 Alc. 1164, Andr. 1286, Bach. 1390, Hel. 1690 mutata sunt. [3]) E Dem. or. 20, 39 sqq locos de Leucone ep. 48, 55 prolatos petivit, quem Seeckius p. 118 aequalem quendam Libanii fuisse per errorem putavit. [4]) Himer. or. 7, 16; cf. Seeck. p. 217.

tribuitur. Libanius autem eum ep. 42 Demosthenis, ep. 319 Hippocratis et Platonis sectatorem praedicat et in epistulis ei datis, imprimis ep. 121, Platonem magis in sententiis et dialogorum condicionibus quam in dictione secutus est. Venio ad epistulas Fortunatiano (I) datas, qui non solum Aristidem rhetorem prae ceteris colebat[1], sed etiam ut poeta epicus Homeri aemulus fuit (cf. ep. 1300). Ideo Libanius in epistulis ei datis Homeri compluribus locis lectorem se praestat[2], sed haud minus Platonis dialogorum condicionum et vocabulorum singularium meminit. Sequuntur epistulae Datiano data, in quibus maxime locutiones Platonicas exhibet. Alexander (III), cuius de vita picturam non iucundam finxit Seeckius p. 53 sq, litterarum ignarus non fuit, ut inde colligitur, quod Libanius epistulas ei datas magna cum diligentia elaboravit: Homerum citat et proverbia nonnulla affert nec Isocratem neglexit: sic e Platone quoque locos decem fere repetivit, plures vero locutiones quam res suas fecit. — Priscianus (I), qui e rhetore et advocato ad magistratum vocatus est, litteris eruditissimus fuit; studia eius Platonica laudat Libanius ep. 558 et 1115. Sed haud ita saepe locos e Platone depromptos affert et omnes fere locutiones. Nunc demum sequuntur epistulae Iuliano imperatori datae, quamquam Libanius eius studia Platonica valde praedicat ep. 1111 (vid. p. 3), or. 17 (t. 2, 217, 3 sqq); cf. ep. 581, 670, or. 15 (t. 2, 130, 2 sqq), or. 13 (t. 2, 79, 1), or. 18 (t. 2, 369, 18—370, 2). Octo fere locis et res et dictionem Platonis sectatur; cf. imprimis ep. 670.

Ceteris ex hominibus, quibus Libanius epistulas locis Platonicis ornatas dedit, nominandi sunt Andronicus (II), Tatianus (I) (cf. imprimis ep. 791, 911), Iamblichus propinquus, cuius studium Platoni dedicatum laudat ep. 1072, Nicocles Lacedaemonius, Celsus (I), Maximus (VI) rhetor (cf. ep. 1050; vid. p. 3), Firminus (II) rhetor (de ep. 968 vid. p. 149), Seleucus pontifex maximus, cuius studia classica et praecipue Platonica praedicat ep. 1078 (vid. p. 2), Priscus (I), quem Platoni et Aristoteli studia sua dedicavisse elucet ex ep. 866, Olympius (I) medicus, qui cum Hippocrati tum Platoni operam navabat (ep. 1175 et 411), denique Olympius (II), quem Eryximachum suum vocat ep. 241. De Spectato propinquo suo vid. p. 146.

E. De quaestiunculis chronologicis duabus.

I. Quaeritur, utrum per totam vitam pariter Libanius in

---

[1]) Cf. Schmidium l. l. II 2, 548. [2]) Similiter res se habet in epistulis Tatiano (I) datis, qui et ipse carmen epicum conscripsit; cf. Seeck. p. 285.

operibus suis elaborandis Platonis vestigia presserit an certis tantum temporibus. Orationes omnes fere, quae splendent studii Platonici testimoniis, annis 360—363 habitae sunt: or. 64, 18, 11, 12, 13, 16; sed or. 3, 9, 10, 29, in quibus loci tales plane desiderantur, post a. 383 a Libanio sene habitae sunt. Inde fortasse concludat quispiam Libanium temporibus illis Platonis studiosissimum fuisse, his studio eius tantam operam non navavisse. Neque vero quanam de causa hae orationes habitae sint, neglegendum est: orationes enim, quas supra laudavi, epidicticae sunt, in orationibus autem ceteris, quas attuli, certae vitae publicae quaestiones tractantur. Hoc criterium recte orationibus admoveri inde efficitur, quod in or. 37 anno 366 habita paucissimi loci tales, at in or. 25 et 54 annis 387 et 390 habitis plurimi inveniuntur. Rectius ex epistulis responsum repetitur. Epistulas vero annis 390—393 emissas si perscrutamur, quantopere etiam in posterioribus vitae annis in Platone versatus sit, cognoscimus. Ita per totam vitam par studium Libanium operibus philosophi impertivisse colligendum est.

II. Inveniuntur haud raro complures in diversis operibus Libanii loci, qui ex eodem Platonis loco fluxerunt. Quaeritur, num his e locis, ex. gr. orationum et epistularum, Libanium uno eodemque tempore in his operibus conscribendis versatum esse colligere liceat, ita ut ex altero loco, cuius tempus constat, quando alter elaboratus sit, enucleari possit.

Cum or. 18 (t. 2, 249, 5), cuius de tempore adhuc lis est, comparo ep. 1147 autumno anni 363 Fortunatiano datam: *παντοδαπὰ σμήνη λόγων ἐν σοὶ κατοικεῖ* (vid. p. 106). Praeterea compares velim cum or. 18 (p. 324, 4 sqq) locum ep. 1037 mense Martio anni 364 scriptae: *ἡ πόλις δέ σου χρηστοί μοι δοκοῦσιν ἄνδρες εἶναι* et imprimis: *μισθὸς γάρ μοι μέγιστος, ἣν ἧς τε ἄριστος καὶ δοκῇς* (vid. p. 57). Fortasse ex his locis concludere licet annis 363 et 364 Libanium hanc orationem elaboravisse. Qui terminus ad tempus a Foerstero p. 224 constitutum optime quadrat.

In or. 16, quam paulo post or. 15 mense Martio anni 363 scriptam esse Foerster coniecit, leguntur verba haec (t. 2, 164, 2 sq): *τοῦ μέν τις αἰτιάσαιτο τὴν τύχην,* quibuscum comparo ep. 1043, et cum p. 168, 19 confero ep. 1313: *μείζοσιν αἰτίαις ἐνέξεσθαι* (vid. p. 111). Hae duae epistulae vere anni 364 scriptae sunt, quibus iisdem temporibus, ut colligendum videtur, etiam or. 16 habita est: — Pariter recte Mark. p. 168 sq epistula 606 comparata anno 362 fere apologiam Socratis Libanianam compositam esse evicit.

F. Comparantur Libanii studia Platonica cum Homericis et Demosthenicis.

Restat ut studiorum Platonicorum ambitus cum studiis eius Homericis et Demosthenicis comparetur[1]. Si numeros eos tantum locorum respicimus, quibus res et sententias Platoni debet, haec fere statui potest tabula:

	Hom.[2]	Plat.	Dem.[2]		Hom.[2]	Plat.	Dem.[2]
or. 1	33	17	18	decl. 8	1	4	3
„ 11	20	6	8	„ 15	—	14	35
„ 13	11	7	3	„ 26	2	10	10
„ 18	20	20	9	„ 29	10	6	3
„ 31	—	1	2	„ 32	2	7	8
„ 39	—	4	3	„ 37	—	3	2
„ 40	7	2	1	„ 46	—	5	5
„ 64	23	29	2	„ 50	3	3	5

Iam elucet Libanium Platonem si non eodem modo, at certe paulo tantum minus quam Demosthenem, magis vero quam Homerum suum fecisse. Parcius quam hac triade ceteris auctoribus usus est et inter hos magis oratorum, quorum e numero Isocratem diligenter perlegerat, et poetarum quam historicorum, ex. gr. Herodoti[3], vestigia pressit[4]. — Praeterea id fortasse statuere licebit rhetorem ea ipsa opera, in quibus Homeri vestigia praecipue premit, sententiis rebusque e Platone depromptis adornare, sed cum Demosthenem imitatur, dictionis quoque Platonicae memorem se praestare.

Ex auctoribus ceteris Libanius cum elocutionis exempla tum sententias et res mythologicas maximeque historicas et proverbia deprompsit, studii vero Platoni dedicati propria Libanii documenta sunt dialogorum condicionum imitationes, quibus gratius atque elegantius Platonem sectari non poterat.

[1]) Vid. Muenscher, Bursian. ann. 170, 1916, 145. [2]) Computavi numeros a Foerstero annotatos; gr. Krusius enim de Demosthene disputans tales statuere omisit. [3]) Cf. Guil. Werner, De Libanii studiis Herodoteis, Vrat. 1910. [4]) Vid p. 5.

Pars III: De opusculis Libanio subditis.

Caput I.

De declamationibus Libanio subditis.

Hactenus de Libanii operibus genuinis quaerens opera ea, quae suspecta sunt, silentio praeterii. Nunc de declamationibus iis disputabo, quas Libanii esse Foerster negavit.

Sola in decl. 34 (avari ob talentum Aesculapio votum abdicatione) (t. 7) studium Platonis plane desideratur. Nempe quod in argumento fingendo abdicationis mentio fit, eam e Libanii declamationibus genuinis noverat auctor, si non, id quod veri similius videtur esse, rhetorum usum secutus est (vid. p. 16). Verbis autem: *μέχρις ἀλεκτρυόνος τὴν εὐχὴν στῆσαι ἔδει* (p. 134, 9) ad * Phaed. p. 118 A alludi observavit Foerster. Sed certo hanc rem, si non aliunde utpote notissimam, e Libanii decl. 2 (t. 5, 144, 6 sqq) repetivit. Cum in declamationibus genuinis omnibus studii Platonici vestigia inveniantur, in hac desiderentur, iure Foerster inter alia hoc argumentum attulit, ut hanc declamationem Libanio abrogandam esse evinceret (p. 110 ann. 1).

Ceteris autem in declamationibus suspectis pauca studii Platonis vestigia leguntur. Ut ordiar a decl. 51 (avari thesauro privati lamentatione) (t. 7), non loquar de locutione: *τὸ ὅλον εἰπεῖν* (p. 733, 1), quacum comparari possunt loci Rep. 2 p. 377 A, Leg. 5 p. 728 C, sed de vocabulo p. 734, 11 adhibito: *τῶν ἀβουλήτων*. Aeque atque auctor decl. 40 (t. 7, 325, 10) huius vocabuli notionem singularem[1] e * Leg. 5 p. 733 D noverat.

In decl. 45 (damnati exilii petitionis) (t. 7) argumento fingendo: *τὰς πλείους ψήφους κρατεῖν νόμος ἐκέλευεν* *Legum 9 p. 856 C memor fuit auctor. Vocabulum autem *ἀειφυγία* p. 530, 5 et 537, 17 adhibitum ad institutum iudiciarium spectat, cuius cum *Dem. or. 21, 53 tum *Plato Leg. 9 p. 871 D, 877 C, E, 881 B mentionem faciunt. Recte id in numero eorum, quae ab usu Libaniano aliena sunt, Foerster p. 522 posuit.

---

[1]) De ea disserunt Ruhnken., Tim. p. 129 sq, Gronov., Observ. 4, 3, Wyttenb., Animad. ad Plut. mor. p. 90 A.

Locutio in decl. 49 (caeci filii apologia) (t. 7, 656, 1 sq) adhibita: *κἂν ὑμῖν ἄνωθεν ἅπαντα διηγήσωμαι* minime e Platone, sed e Libanio ipso fluxit, qui eam valde dilexit (vid. p. 99). Similiter locus p. 698, 12 sq ad Libanium ipsum referendus est, qui in or. 59 (t. 4, 250, 12 sq) Herodoti prooemium imitatur[1]. Nec p. 663, 7: *φαρμακείαις καὶ μαγγανεύμασι* habemus, cur *Leg. 11 p. 932 E sq eum secutum esse coniciamus, quamquam non solum *φαρμακεῖαι*, sed etiam *μαγγανεύματα* (p. 933 C) ibi commemorantur. Hic enim locus Libanio ipsi probatus fuit or. 1 (t. 1, 189, 18) et 56 (t. 4, 136, 11 sq); *φαρμακεία* autem vox usitatissima est. Pag. 665, 5 sq Iovis cognomina duo adhibentur, quorum alterum non tam ex * Euthyd. p. 302 C sq quam ex * Ar. Nub. 1468: *ἰδού γε Δία πατρῷον*[2] vel Leg. 9 p. 881 D, alterum, si non, id quod sumere malim, aliunde, e Pind. P. 4, 298: *Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις* vel ex Ol. 8, 20: *Ζηνὶ γενεθλίῳ* auctori declamationis notum fuit. — Uno autem loco (p. 669, 1), quo *ἐπέκεινα* vocabulum sensu metaphorico adhibetur, auctorem huius declamationis Platonem inspexisse negari fortasse nequit. Is enim dicit * Rep. 6 p. 509 B: *ἐπέκεινα τῆς οὐσίας*. Sed factum esse potest, ut apud auctores posteriores haec notio Platonica revixerit[3].

In decl. 18 (Hyperidis or.)[4] (t. 6) duo loci leguntur, qui e Platone fluxerunt. Nullius nempe momenti est Platonis de legum utilitate sententiam * Theaet. p. 178 A prolatam p. 254, 9 sq repeti: *τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον κυριώτερον εἶναί φημι γραμμάτων πολλῶν*; haec enim sententia etiam Libanio ipsi probata fuit (vid. p. 13), ita ut inde eam depromere posset. Id autem eo facilius sumitur, quod inter Platonem et decl. 18 ne minima quidem verborum similitudo intercedit. — *ἐπίχειρα* vocabulum (p. 259, 9) etiam in [Lib.] ep. 1224 exstat: inter auctores classicos invenitur * Plat. Rep. 10 p. 608 C: *τά γε μέγιστα ἐπίχειρα ἀρετῆς*, et * Dem. ep. 3, 38. — Quod autem Hyperidem de Atheniensium historia disserentem fingit (p. 256, 11 sq), id e * Menex. p. 237 B: *οὐδὲ .. μετοικοῦντας ἐν τῇ χώρᾳ ἄλλοθεν σφῶν ἡκόντων, ἀλλ' αὐτόχθονας* vel ex Isocr. or. 8, 49 recepit. Denique procul dubio locum p. 261, 9 sq huius declamationis auctor in similitudinem quandam * Menex. p. 237 D effinxit: *ἡ ἡμετέρα* (sc. *γῆ*) *θηρίων μὲν ἀγρίων ἄγονος καὶ καθαρὰ ἐφάνη*.

Auctor decl. 40 (patris caedis filiae generique defen-

[1]) Vid. Werner. p. 83. Loci * Isocr. or. 7, 47 et * Criti. p. 121 A iam longius distant. [2]) Loco Euthydemi *πατρῷον* ab Atheniensibus non Iovem, sed Apollinem appellari refertur. Apollo invocatur * [Dem.] or. 58, 67 (cf. decl. 1 (t. 5, 69, 8 sq); cf. Aristot. *Ἀθην. πολ.* c. 55. [3]) Cf. Anth. Pal. I 102, 1 cum nota Iacobsii. [4]) Cf. Bielski p. 78—83.

sionis) (t. 7) pariter atque is, qui decl. 51 conscripsit, vocabulum *ἀβούλητος* (325, 10) e *Leg. 5 p. 733 D deprompsit (vid. p. 160). Sed aliis quoque vocabulis singulis Platonicis utitur. *ζώπυρον* igniculum semenque significans exstat * Leg. 3 p. 677 B, unde id in usum suum convertit Luc. Tim. 3 (cf. Plut. mor. p. 240 A) et decl. 40 (p. 330, 10). — *Εὐεξαπάτητος* eum, qui facile falli potest, indicat * Plat. Rep. 3 p. 409 A (cf. Aristot. Rhet. 2, 12 p. 1389 a 25, Eth. Eud. 8, 2 p. 1237 b 29) et Xen. Hipp. 7, 14. Inde[1] id noverat auctor huius declamationis, qui dicit (p. 325, 13): *τὸ τῆς γυναικὸς εὐεξαπάτητον*. — Iovis cognomen p. 356, 12 allatum: *ὁμόγνιον Δία* auctori e Plat. Leg. 9 p. 881 D solo notum fuisse non habemus, cur colligamus; legitur enim etiam * Eur. Andr. 921 et * Ar. Ran. 750: *ὁμόγνιε Ζεῦ*[2]. — Ad ea, quae de Asclepiadis * Rep. 3 p. 406 A et D leguntur, certo alludit auctor huius decl. (p. 347, 6—9 et p. 360, 8 sqq); cf. [Lib.] decl. 43 (t. 7, 447, 6—9). — At sententiam de morte (p. 363, 21 sq) prolatam auctorem ex *Apol. p. 40 C deprompsisse sumere necesse non est, quia eandem Libanius ipse compluribus locis in usum suum convertit (vid. p. 28).

Iam venio ad decl. 43 (pro muliere tyrannicida petitionem) (t. 7), cuius auctor locos decl. 14 e Platone receptos suos fecit. Cum t. 6, 92, 13 sq cf. p. 448, 19 sq (vid. p. 47 cum ann. 1). Similiter p. 459, 1: *τὸν περὶ ψυχῆς τρέχειν* non * Theaet. p. 172 E aut alios locos priorum auctorum, sed Libanium ipsum ante oculos habuit decl. 37 (t. 7, 245, 13 sq) (vid. p. 58) et p. 447, 1 sq: *τὰ εἰς Ἅιδου κολαστήρια, Ἀχέροντας, Πυριφλεγέθοντας, Κωκυτούς* locum decl. 2 (t. 5, 145, 12) vel decl. 14 (t. 6, 107, 20—108, 1) (vid. p. 27). Cf. p. 470, 16: *τἀπίχειρα* cum locis p. 161 congestis. Similiter p. 454, 1 sq locum decl. 14 (t. 6, 102, 6 sq) (vid. p. 99) exscribit. — Pag. 447, 6—9 declam. 40 (t. 7, 347, 6—9) verbotenus fere repetit (vid. supra), nisi forte hae declamationes, id quod propter stilum simillimum cum Foerstero conicere malo, ab eodem rhetore conscriptae sunt. — Hac quoque in declamatione pauca studii Platonis vestigia inveniuntur: p. 462, 20 enim adverbium: *τὸ τηνικαῦτα* pari modo adhibet atque * Plato Alc. 2 p. 150 E; praeterea in vocabulorum *ἔλυτρον* (p. 458, 3) et *ἀποσεμνύνειν* (p. 439, 12) usu cum * Rep. 9 p. 588 E et * Theaet. p. 168 D consentit. — Auctor igitur decl. 40 et 43 Reipublicae et Legibus prae ceteris operibus operam suam navavit, Theaetetum quoque et Alcibiadem 2 noverat. — Auctor decl. 18 Menexenum novit; sed ii, qui decl. 34, 45, 49, 51 composuerunt, Leges et Rempublicam inspexisse videntur.

[1]) Cf. Greg. Nyss. II 293 C. [2]) Ruhnken. Tim. p. 192, Reisig., Enarr. Soph. OC. 1328.

Cap. II.

De progymnasmatis Libanio subditis.

E progymnasmatum corpore Libanio abrogavit Foerster opuscula haec: narrationes omnes, chriam 4, sentent. 2 et 3, confirm. 3, laud. 9, ethop. 9, 13, 20, 22, 24—27, descr. 8—30, thes. 2 et 3, defensionem legis. Idem post Westermannum ea Nicolao Myrensi tribuenda esse observavit. In iis auctor pro rhetorum usu Homeri vestigia premit et non Demosthenis, ut Libanius, sed Thucydidis potius studiosum se praestat. Parce Platonis operibus utitur. — Argumentum narrationis 7 (t. 8, 38, 3—39, 4), quae est *περὶ Ἡφαίστου,* certo non e Plat. Rep. 2 p. 378 D (vid. p. 77) fluxit. Nam quae Nicolaus profert, multo plura sunt, quam ut e Platone ea fluxisse sumere liceat, et haec fabula exstat apud auctores plurimos[1]. E Platone autem sententiam unam recepit. Legitur enim Phaedr. * p. 247 A: *φθόνος .. ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται.* Nicolaus sub initium descr. 19 (p. 511, 9 sq) hanc suam fecit. Ad narrationem in eodem dialogo de bigis amatoriis prolatam, quae etiam Libanii plausum tulit, Nicolaus alludit descr. 27 (p. 535, 22 sq): *(ἵππος) χαλινῶν εὐπειθέστερος* (cf. Phaedr. p. 254 A). Certius ad *Phaedr. p. 254 D: *ἐνδακὼν τὸν χαλινόν* spectat flosculus descr. 30 (p. 544, 7)[2]. Platonis Leg. 12 p. 943 C (vid. p. 17) vel Libanium ipsum imitatur laud. 9 (p. 277, 2 sq), fortasse etiam narrat. 32 (p. 54, 1 sq): *τὸν .. Πᾶνα στεφανοῖ τῷ θαλλῷ.* — Plura in elocutione Platoni debet. Ad Phileb. p. 45 A: *αἱ πρόχειροι (ἡδοναί)* alludit defens. leg. (p. 570, 4 sq). Haud multum valet similitudo quaedam formae inter * Theaet. p. 184 D: *ὥσπερ ἐν δουρείοις ἵπποις*, quocum cf. * Eur. Troad. 14: *δούρειος ἵππος,* et ethop. 25 (p. 433, 3) intercedens. Cum Polit. p. 308 A: *εἶπες .. δεινὸν πάθος* comparari potest locus ethop. 9 (p. 394, 18), aptius cum Gorg. p. 475 A: *ἡδονῇ τε καὶ ἀγαθῷ ὁριζόμενος τὸ καλόν* locus def. leg. (p. 569, 9 sq). Praeterea descr. 24 (p. 529, 2 sq) ad Gorg. p. 512 C refero: *αὐτοῦ καταφρονεῖς καὶ τῆς τέχνης τῆς ἐκείνου,* descr. 23 (p. 525, 3 sq) ad Gorg. p. 481 D: *ἐνδείξασθαι ἑτέρῳ τὸ ἑαυτοῦ πάθημα.* Narrat. 40 (p. 58, 3 sq) non tam Theaet. p. 162 C: *φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι* quam Hipp. mai. p. 301 C: *φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι* imitatus est.

Locutiones cum praepositionibus coniunctas suas fecit has: e Tim. p. 65 D: *πέρα .. τοῦ μετρίου* descr. 19 (p. 513, 5 sq)[3] et e Soph. p. 253 C, 254 B: *διὰ πάντων* descr. 29 (p. 539, 3)[3]. Adverbium *ὄντως*

[1]) Vid. Waentig, De Vulcano in Olympum reducto, Lips. 1877 et testimonia a Foerstero in app. crit. ad. l. l. congesta. [2]) Cf. *Ach. Tat. 1, 12, 3. [3]) Vid. p. 122.

cum εἶναι verbo coniungit Plato (* Soph. p. 254 D, saepius, vid. p. 118): idem usus etiam apud Nicolaum invenitur descr. 24 (p. 528, 9) et def. leg. (p. 568, 10). His tribus locis Nicolaum Libanii memorem fuisse cogitari potest; certo autem e * Plat. Tim. p. 73 E: σφαῖραν περιετόρνευσεν (cf. p. 69 C) recepit vocabulum περιτορνεύειν, quod nusquam alibi invenitur, descr. 30 (p. 544, 11). * Phaedr. p. 255 E legitur: ἀξιοῖ ἀντὶ πολλῶν πόνων σμικρὰ ἀπολαῦσαι: hanc constructionem singularem Nicolaus inde confirm. 3 (p. 154, 20 sq) suam fecit[1]. Sent. 3 (p. 117, 16): ὤρθου τὰς Ἀθήνας vocabulum ὀρθοῦν eodem modo usurpatur, quo * Lach. p. 181 B: τὴν . . πατρίδα ὀρθοῦντα et * Leg. 12 p. 957 D: ὀρθοῦν . . τὴν πόλιν[2].

Locos certos si respicimus, Nicolaum Phaedrum, Gorgiam, Timaeum, Hippiam mai., fortasse etiam Philebum legisse colligere licet. Locis decem fere apud eum studii Platonici vestigia inveniuntur, praecipue in descriptionibus (locis duobus in descr. 30, fortasse etiam in descr. 19, singulis in descr. 23, 24, 27); uno duobusve locis Platonis meminit in defensione legis, uno in confirm. 3. Ambitu horum opusculorum respecto multo parcius quam Libanium Nicolaum locis Platonicis usum esse evincitur.

Cap. III.
De epistulis Libanio subditis.

Ep. 1224: λήρημα et ἐπίχειρα vocabula ἅπαξ λεγόμενα e Plat. Gorg. p. 486 C et Rep. 10 p. 608 C arcessita leguntur.

Restat Basilii et Libanii quod fertur epistularum commercium, quod Wolfius exhibet ep. 1580—1605. Hae epistulae nec cunctae genuinae sunt, ut censuit Seeckius p. 30 sqq, nec omnes Libanio abiudicandae sunt, ut voluit Laubius, Vrat. 1913 (vid. supra p. 2 ann. 9), sed genuinae subditis immixtae sunt[3]. Epistulas enim 1603 et 1605 genuinas esse observavit Foerster: quae non ad Basilium Magnum, sed ad alium quendam huius nominis virum missae sunt.

Is autem, qui hoc litterarum commercium finxit, Platonis haud ignarus fuit. Ep. 1597 [Libanius] ad [Basilium] scribens fingitur: ὃς ἱκανός ἐστι τὴν Πλάτωνος σοφίαν καὶ Δημοσθένους δεινότητα τῇ περὶ τοὺς λόγους εὐμαθείᾳ δεῖξαι θρυλλουμένας μάτην et ep.

---

1) De textu hoc loco constituendo vid. Foersterum in appar. crit. ad l. l.
2) Descr. 31 (p. 542, 8 sq) eandem sententiam reddit, quam * Albin. Introd. Plat. 9 et * Cic. Or. 2, 9. 3) Similiter iudicat Pasqualius, Berl. phil. Woch. 1914, 1517 sqq.

1600 [Basilius] laudatur: Ὅμηρος οὗτος ἀνήρ, ἀλλὰ Πλάτων, ἀλλ' Ἀριστοτέλης, ἀλλὰ Σουσαρίων ὁ πάντα ἐπιστάμενος. Auctor ep. 1590 aeque atque Libanius ipse (vid. p. 10) poetarum furorem μανίαν vocat. De sophistis [Basilius] ep. 1584 disserens (cf. ep. 1585) non Phaedr. p. 268 C memor fuit, sed Isocr. or. 4, 8 ad verbum exscribit (vid. p. 43 cum ann. 1). — Ep. 1587: παίζοντος τάχα ἢ καὶ σπουδάζοντος Platonis meminisse videtur auctor (vid. p. 60). Locus Tim. p. 75 E in ep. 1588 respicitur: σοῦ μὲν γὰρ ἐν τῷ στόματι λόγων οἰκοῦσι πηγαὶ κρείσσους ναμάτων ἐπιρροῆς (vid. p. 56). Similiter ep. 1591: τὸ μὴ παραδοῦναι τὰς ψυχὰς ταῖς οὐ καλαῖς ἡδοναῖς Phaedonis p. 84 A meminit et locus ep. 1600: ἄρα . . λέληθας σαυτόν in mentem fortasse vocat Socratis indignati quaestionem Alc. 1 p. 109 D: πότερον σαυτὸν λέληθας κτλ.; Proverbium[1], quod ep. 1594 legitur: ἀντὶ φασσῶν περιστεραί num e Theaet. p. 199 B, quo loco id iam inversum est, auctori huius epistulae notum fuerit, dubium est.

Flosculus ep. 1593 adhibitus: τὸ τῶν σοφιστῶν γένος e Tim. p. 19 E depromptus est; cum Platone (Theaet. p. 176 C, Rep. 7 p. 522 B, Alc. 1 p. 131 B) in ep. 1596 legitur: βαναύσοις τέχναις; ep. 1600: ὀνομάτων καινοτομίᾳ auctor locum Leg. 4 p. 715 C suum fecit. — Denique vocabulum ἰσάριθμος in ep. 1593 adhibitum primum Leg. 8 p. 845 A et Tim. p. 41 D invenitur, tum apud Platonis imitatores. Id ex eo ipso depromptum esse verisimile est. Factum deinde esse potest, ut vocabulum παραπέτασμα, quod legitur ep. 1595, e Protag. p. 316 E (vid. p. 111) fluxerit. De vocabulo γριπίζειν vid. p. 3 ann. 6. — In epistulis igitur 1593 et 1600 plura studii Platonis vestigia quam ceteris in epistulis exstant; Timaeo, Legibus, Alcib. I maxime auctor operam navavit, verum ne Protagoram quidem et Phaedonem neglexit.

Conclusio.

Libanii studia Platonica comparantur cum studiis Themistii, Iuliani, Himerii, Basilii, Gregorii Nazianzeni, Gregorii Nysseni.

Iam ad finem perveni. Si comparamus numerum operum Platonis, quae Libanius noverat, cum operum numero, quae aequales eius clarissimi suum in usum verterunt, longe ceteris antecellit Libanius. Themistius enim praeter Rempublicam, cui dialogo pluri-

[1]) Salzm. p. 83.

mum debet, suum fecit Phaedrum, e quo locos 30 fere deprompsit, Leges, tum Theaetetum, Sophistam, Timaeum et Phaedonem, Gorgiam, Protagoram. Perpauca tantum hausit e Cratylo et Minoe, Menexeno, Menone, Lyside, Clitophonte, paucissima e Charmide, Critia, Euthydemo, Alcibiade I et II, Theage, Eryxia. Neglexit igitur opera 13, quae Libanius respexit, in his, ut videtur, Apologiam. Gorgiae, Phaedoni, Convivio non ita multum studuit ut Libanius. — Iulianus imperator quid debeat Platoni, accurate nondum expositum est: id autem statuere licet plurimis ei locis Leges praesto fuisse (locos 16 annotat post Hertleinium Schwarzius), quas sequuntur Respublica, — Phaedo, — Phaedrus, Apologia, Crito, Sophista, Charmides, Menexenus, Gorgias, Epist. II, Epinomis, Convivium, Alcibiades I, Philebus, Protagoras, Theages. — Himerium Phaedrum et Convivium legisse constat[1]; praeter hos dialogos, ut sola ex or. 1 perspicitur, Rempublicam Legesque suas fecit, paulo minus Phaedonem, Gorgiam, Protagoram, Politicum, denique, ni fallor, Timaeum. Cappadoces illi tres episcopi, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Platonis studiosissimi, imprimis Phaedrum, Phaedonem, Convivium, Rempublicam, Timaeum dialogos usurpaverunt; praeterea Basilius noverat Leges, Protagoram, Hippiam maiorem et minorem, Clitophontem, Gregorius Nazianzenus Gorgiam et Charmidem, Gregorius Nyssenus Cratylum. Inde efficitur Phaedrum inter omnes dialogos maxima in gratia illis temporibus fuisse; secundum eum Phaedo, Respublica, apud plerosque etiam Leges, Convivium, Timaeus; inter opuscula Platoni subdita Theages et Clitophon, aeque atque apud Libanium, inveniuntur. Nec ad hunc nec ad illos quadrat id, quod Praechter statuit (Byz. Ztschr. 19, 1910, 325), qui septem tantum dialogos, Timaeum, Alcibiadem I, Axiochum, Phaedonem, Gorgiam, Theaetetum, Politicum posteriorum temporum auctores in deliciis habuisse censet.

Denique quidnam e Platone auctores, quos modo attuli, deprompserint, statuendum est. Neque enim solas sententias inde hausit Themistius, sed etiam comparationes et locutiones. Eaedem fere atque Libanio imagines de medico et pastore e Platone depromptae Themistio placuerunt. Iulianus autem plures sententias quam res et locutiones usurpavit: citat Platonem locis 16, ut Schwarzium sequar, liberius dialogis utitur locis 29, alludit ad eos locis 6. Himerius eleganter illum de cicadis mythum et de bigis amatoriis

[1]) Vid. Schenkelium in Paulyi et Wissowae Enc. s. v. Himerios p. 1633 sq.

locum e Platone hausit. Inter Cappadoces tres, qui praecipue sententias philosophi suas fecerunt, Basilius et Gregorius Nazianzenus dictionem quoque Platonis haud raro imitati sunt. Dialogorum igitur condiciones Libanius solus imitatus est. Ceterum tam varia ratione Platonis operibus usus est, ut ingeniosissime eum philosophi vestigia pressisse concedendum sit. Auditores vero non solum cum Demosthene (vid. p. 2), sed etiam cum Platone eum comparavisse ex or. 2 (t. 1, 246, 23—247, 5) sequitur[1]: *ἃ δ' ἠγανάκτησα πολλάκις ὑπὲρ Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους, ὁπότε ἀδικοῖντο ὑπὸ τοῦ θεάτρου, τὰ πολὺ διεστηκότα συναγόντων ταῖς βοαῖς, οἶμαι πάντας εἰδέναι, καὶ γὰρ δὴ καὶ προλόγῳ ταῦτα ἔπαυσα, μᾶλλον δὲ ἐβουλήθην μέν, ἔτι δὲ ταὐτόν ἐστιν οὗ τολμᾶται.*

---

[1]) Cf. Schmid. Hist. litt. Gr. II 2[5] p. 805. Frustra loci Libaniani tenebris lucem afferre conati sunt Reiskius, Anim. V 206 et Herwerdenus, mus. Rhen. 59, 1904, 337.

Indices.

I.

Index locorum Libanii.

1.

Orationes.

ORATIONES: p. 134, 137—143, 145, 146, 152—154.

[1]) Uncinus rectus indicat locum ipsum non citatum, sed vocabulum tantum singulare eius loci repetitum. [2]) Littera ‚a' annotatio significatur.

ORATIO 54 t. 4

ORATIO 55 t. 4

ORATIO 56 t. 4

ORATIO 57 t. 4

ORATIO 58 t. 4

ORATIO 59 t. 4

ORATIO 60 t. 4

ORATIO 61 t. 4

ORATIO 62 t. 4

ORATIO 63 t. 4

2.

Declamationes.

DECLAM. 2 t. 5

DECLAM. HOMERICAE (3—5):

DECLAM. 3 t. 5

DECLAM. 4 t. 5

[1]) Per errorem typographi in textum irrepsit: 517, 1.

[1]) Per errorem in textu hic locus decl. 24 tribuitur.

3.

Progymnasmata (t. 8).

[1]) Hunc locum genuinum esse ratus per errorem Anonymi vitam Platonis Libanium novisse statui.

4.

Argumenta orationum Demosthenicarum (t. 8).

5.

Epistulae.

[1]) Pag. 105 hic locus per errorem arg. or. 56 tribuitur.

[1]) Pag. 63 littera b omissa est.

II.

Index locorum Platonis.

1.

Dialogi.

[PLAT.] AXIOCHUS

CHARMIDES

[PLAT.] CLITOPHO

CONVIVIUM

[1]) In textu scriptum est: Ep. 7.

EUTHYPHRO

GORGIAS

[1]) Per errorem supra scriptum est A pro E.

PHILEBUS

POLITICUS

PROTAGORAS

RESPUBLICA

Liber 1

p. 151

Liber 2

p. 151

Liber 3

Liber 4

p. 151

Liber 5

[1]) Supra hic locus libro 8 tributus est.

2.

[Plat.] Epigrammata.

III.

Index locorum, qui ex aliis auctoribus afferuntur.

[1]) In textu scriptum est: fals. leg. p. 34, 12. [2]) Supra scripsi: Ctes. p. 80, 36 sq. [3]) In textu scriptum est: Antiph. ap Athen. 7, 304 A. [4]) Supra scriptum est: p. 343 C. [5]) Per errorem hi loci Gregorio Cyprio supra tributi sunt.

[1]) Per errorem supra lin. 26 nominata est. [2]) Supra haec oratio significata est: or. pro IV viris habita. [3]) Hi tantum numeri fragmentorum supra allati sunt. [4]) Paginae editionis Bekkerianae in textu appositae non sunt. [5]) Per errorem 1 l. scriptum est 10 pro 9.

[1]) In textu scriptum est: Aristox. ap. Athen. 14 p. 632 a. [2]) Sic locus p. 116 corrigendus est.

[1]) In textu scriptum est: p. 449. [2]) Supra scriptum est: ap. Athen. 12 p. 537 A.

[1]) In textu scriptum est: Euag. p. 190 B.

[1]) In textu scriptum est 22 pro 12.

[1]) Numerus voluminis in textu omissus est.

[1]) In textu editionem priorem secutus scripsi 572, 9. [2]) In textu relegatur ad Apoll. de pronom. p. 343 C. [3]) Hic locus supra orationi 1 tribuitur. [4]) Hic locus supra orationi 1 tribuitur.

[1]) In textu scriptum est 21 pro 16. [2]) In textu hic locus orationi 12 tribuitur.

IV.

Index aequalium Libanii, qui commemorantur.

Nomina eorum, quorum opera in indice III afferuntur, asterisco significantur.

Vita.

Natus sum Ioannes Arthurus Eberhardus Richtsteig die VIII mensis Octobris anni p. Chr. n. 1892 in pagi Glogoviensis oppido, quod Polkwitz vocatur, patre Ioanne, matre Maria e gente Methner, quos mihi superstites esse valde gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis in schola publica eius oppidi imbutus ab autumno anni 1906 gymnasium, quod a Rege Guilelmo nomen habet, Vratislaviense primum Eckardto, tum Michaele rectoribus frequentavi. Vere anni 1913 testimonium maturitatis adeptus Universitatem Fridericam Guilelmam Silesiacam adii, ut studiis philologicis et archaeologicis me darem.

Docuerunt me viri doctissimi: Bauer, Baumgartner, Cichorius, Leop. Cohn †, Foerster, Friedensburg, Gercke, Hoenigswald, Hoennicke, Hoffmann, Kroll, Miller, Gu. Otto, Praetorius, Sarrazin †, Schrader, Scheer †, Stern, Stoy, de Walter, Wobbermin, Ziegler.

Cum proseminaria philologica, quae Conratus Ziegler et Alfredus Gercke regebant, absolvissem, quinque per semestria Richardo Foerster et Guilelmo Kroll praesidibus seminarii philologici regii sodalis ordinarius fui. Seminarium archaeologicum Foersteri sub auspiciis totidem per semestria frequentavi; societatis Graecae Gerckianae sodalis sex menses fui. Praeterea aditum mihi praebuerunt ad seminarium philosophicum Matthias Baumgartner, ad seminarium historicum Conradus Cichorius, ad proseminarium anglicanum Fridericus Stoy. Tria per semestria et senioris seminarii philologici et custodis musei archaeologici muneribus functus sum.

Die XXVII mensis Ianuarii anni 1917 haec dissertatio praemio et promotione immuni a summo philosophorum ordine, cui gratias plurimas habeo, digna iudicata est.

Omnibus viris doctissimis, quorum scholas audivi exercitationibusque adfui, iustas gratias habeo, summas vero cum Alfredo Gercke et Guilelmo Kroll, qui benigne doctrina consiliisque mihi adfuerunt studiisque meis faverunt, tum Richardo Foerster, qui hoc in themate tractando dux mihi praestantissimus fuit, cuius comitatem unicam atque liberalitatem pio gratoque semper animo tenebo.